7.11 Med
14

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
24 E
14
G.11.n.20

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

TRACTATVS ABSOLV-
TISSIMVS

FERDINANDI RODERICI CARDOSI

IN ARTE APOLLINEA
QVONDAM CONIMBRICAE PROFES-
ſoris primarij: poſtea vero Regiæ Maieſtatis Re-
gnorum Luſitaniæ protomedici
digniſſimi,

DE SEX REBVS NON NATVRALI-
bus: primum quidem ab autore ipſo e-
ditus:

NVNC VERO

AB INNVMERIS, QVIBVS VBIQVE
ſcatebat, vitijs emendatus, vtiliſſimis annotatiunculis in margine
illuſtratus, duplici indice locupletatus, & in
lucem denuo emiſſus

PER

PETRVM VFFENBACHIVM, REIPVBL.
Mœnofrancofurtenſis Medicum ordinarium.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

FRANCOFVRTI AD MOENVM,
Typis PAVLI IACOBI, Impenſis Iacobi de Zetter.

ANNO M. DC. XX.

Digitized by Google

*REVERENDO ADMODVM, NOBI-
liſſimo ac gratioſo Domino,*

DN. IOANNI REIN-
ARDO A METTERNICH, CA-

pitulari Canonico Moguntino, Treuirenſi, Monaſterienſi &c. Illuſtri Francofurtenſium & Hildesheimenſium præpoſito &c. Supremo Electoralis aulæ Moguntinæ præſidenti &c.

&

Reuerendo admodum, Nobiliſſimo ac Gratioſo Domino,

DN. GEORGIO AN-

TONIO IN RODENSTEIN, CANOnico Capitulari Moguntino & Wormatienſi &c. Dominis ſuis Gratioſis

S. P. D.

CVm ante menſes aliquot, viri admodum Reuerendi, Nobiliſſimi & Gratioſi in lectionem tractatus huiuſce de ſex rebus non naturalibus, à

D. FERDINANDO RODERICO CARDOſo, in arte Apollinea quondam Conimbricæ profeſſore primario; poſtea vero Regiæ Maieſtatis Regnorum Luſitaniæ protomedico digniſſimo ante annos ferme quadraginta publice prę-lecti tandemque, multis idipſum efflagitantibus, in lucem emiſſi, inciderim, eundemque non elegantem ſolummodo, ſed etiam omnibus iis, quibus ſua ipſius ſanitas curæ cordiq; eſt, maximopere neceſſarium: præterea vero vbique tam deprauatum offenderim, vt quot lineæ, tot etiam, & multo plura apparerent vitia, taceo de incommoda & vnius eiuſdemque vbiuis literaturæ (quod tædioſum lectori plerunque eſt) impreſſione: facere mehercle non potui, quin illum ipſum ab innumeris ſuis mendis liberarem, vtiliſſimis in margine annotatiunculis exornarem, allegationes & quæcunque emphaſin aliquam habere videbantur,

tur, à reliquis perpulchre diſcernerem, & in Germanorum noſtrorum gratiam, apud quorum perpaucos hucuſque viſus eſt, ſecundo publicarem: haud quaquam dubitans, etiam autori ipſi, ſi modo ſuperſtes adhuc fuerit, illamque meam correctionem inſpexerit, pergratum fore.

Cur vero Nobiliſſ. & Gratioſis veſtris dominationibus hunc ipſum tractatum, nõ meum quidem proprium, attamen per me multo elegantiorem factum & politiori veſte prodeuntem, dedicare auſus fuerim, ii imprimis nouerint, qui eas ipſas mecum nouerint, quam videlicet ſanitatis propriæ ſint ſtudioſi, quamque de illa ipſa conſeruanda ſumme ſolliciti.

Habebunt itaque in hoc tractatu, quo ſibi ipſis à multis periculis cauere, diætam debitam inſtituere, aerem nociuum à conuenienti diſcernere; huic vel illi exercitio ſiue quieti incumbere,

ſe, tempus vnicuique commodum animaduertere, & vt paucis comprehendam omnia, optatam valetudinem omnes huius mundi theſauros facile ſuperantem poſſint conſeruare & tueri. Quæ ſane omnia ſi, vti ſpero, Deumque OPT. MAX. ex intimo co rde precor, pro voto euenerint, non pœnitebit, munuſculum hoc qualecunque animo benigno ſuſcepiſſe, illudque ipſum ſua authoritate condecoraſſe.

Dabantur Mœnofrancofurti anno Redemptionis humanæ M. DC. XX. Cal. Ianuarii.

Veſtrar. nobiliſſimar. & Gratioſ. Dominat.

Addictiſſ.

PETRVS VFFENBACH, D.

Præ-

Præfatio authoris

AD BENIGNVM LECTOREM.

CVM olim in hoc Medicinæ ſtudio Conimbricæ primarius Magiſter induſtriam meam exercerem, & inter alia, quæ meis commentationibus explicata auditoribus expoſui, in illud Galeni caput inciderē, quo non naturalia quædā Medicorum princeps accurate complectitur, operæpretium me facturum exiſtimaui, ſi quicquid in illo recondita doctrinæ inuenirē, diſtincte & aßidua meditatione illuſtratum in lucē, omniumque vſum proferrē. Sed vt in vita incerta ſunt omnia, dū maiori cura operi manus admoueo, multorūque iam ſuſtineo expectationē, Regis imperio Protomedici prouinciam in noſtra Luſitania accipere, & ſuſtinere ſum coactus, meaſque ad hoc tempus cogitationes ſilentio differre: Quam operis intermißio-

(o) 4 nem,

nem, ſi reſpicias ſecundas curas me edere iure exiſtimabis, quæ ſi minus habent celeritatis, multum tamen laudis ex veteri prouerbio ſibi arrogant. Nec tamen eo hanc orationem ſpectare putes, vt eorum faſtidio occurram, qui, vt eſt olim decantatum: Prius contemnere, quam ſapere didicerunt. *Multa enim hiſce lucubrationibus inſerta inuenies, quæ Medicorum recepta vſu permagnum eiſdem momentum poterunt conferre: multa etiam diligenti cõmentatione perpolita, quæ ex Philoſophorum diſciplina deriuata in opus effluxere. Reliqua vero ſi tibi minus probabuntur, benigne condona.*

Vale.

CELE-

Celeberrimo omniumque do-
ctiſſimo

FERDINANDO RODERICO
Cardoſo profeſſori olim primario, nunc vero
Regio protomedico,

Antonius Gonzalez è Lima, Li-
centiatus.

LYſiadum CARDOSÆ decus, cui rector O-
lympi
Artis Apollineæ noluit eſſe parem.
Abſtruſas rerum cauſas,& luce carentes
Cui dedit,& media nocte videre diem.
Theſauros iã pande tuos, fugiantq; tenebras
Ingenii poſt hac,quæ monumenta tui.
Vt reliquos ſuperas, ipſum te vincere fas eſt,
Sic reliquis maior,te quoque maior eris.
Multaq; cum miſeris noceant mortalib⁹,apte
Quæ proſint,vel quæ ſint nocitura,doce.
Quid ſomni, aut vigiles minuentes corpora
curæ
Triſtitia,ira, dolor,ſollicitudo, metus,
Quidque cibus, potuſque; & aer, motuſque,
quieſque
Quid plenum valeat, vel quid inane iuuet.

In lucem prodire iube, quod ſi facis, vnum
Quod facis ipſe, licet, quod licet ipſe facis.
Magna tibi, maiora aliis da munera; charæ
Sic patriæ, & cunctis, ſic tibi gratus eris.
Vale.

IN-

Digitized by Google

Index

CAPITVM ET QVÆSTIONUM in iiſdem contentarum.

PRÆFATIO. fol. 1.

CAP. I.

Quæſt. I. Vtrum res non naturales ſint tantum ſex. 3

CAP. II.

DE AERE. 14

Quæſt. I. Quod ſit aeris temperamentum. ibid.
II. Qualis aer eligi debeat ad vitam hominis conſeruandam. 27
III. Quo pacto reſiſtatur aeri intemperato. 32
IV. Vtrum ſpiritus noſtri corporis aere nutriatur. 34
V. Vtrum aer perpetuo ſiccet corpora noſtra. 38.

CAP.

CAP. III.

DE CIBO. 43

Quæſt. I. Quid ſit alimentum. 46
II. Vtrum cibus ad nutriendum pertranſeat omnes coctiones. 50
III. Quot ſint alimentorum genera. 53
IV. De delectu alimentorum. 55
V. Vtrum cœna debeat eſſe copioſior prandio. 71

CAP. IV.

DE POTV AQVAE. 86

Quæſt. I. Num potus ſit prius ſumendus cibo. 87
II. Vtrum aqua nutriat. 93
III. De delectu aquæ. 96

CAP. V.

DE POTV VINI. 123

Quæſt. I. Quid ſit vinum, & quæ ſint eius differentiæ. 124.
II. Vtrum vinum ſit calidum & humidum: an calidum & ſiccum. ibid.
III. De vſu & delectu vini 129

CAP.

CAP. VI.

DE SOMNO. 139

Quæſt. I. Quid ſit ſomnus & quomodo fiat. 140
II. In quo loco fiat ſomnus. 152
III. Quomodo diſtinguatur ſomnus naturalis ab innaturali. 154
IV. Vtrum ſomnus viſcera calefaciat & roboret innatum calorem. 156
V. Vtrum ſomnus omnes coctiones roboret. 165
VI. Vtrum ſomnus omnes vacuationes coerceat. 172.
VII. Vtrum ſomnus corpora ſiccet, an vero humectet. 176
VIII. Quo tempore ſomnus ſit præſtantior. 178

CAP. VII.

DE VIGILIA. 195

CAP. VIII.

DE MOTV. 200

Quæſt. I. Quid ſit exercitium. 200
II. Vtrum exercitium ſit vtile ad ſanitatem tuendam. 206
III. Quæ ſint notæ moderati exercitii. 210
IV. Quo tempore debeat fieri exercitium. 212
V. Quod exercitium magis laudetur ad vitam hominis conſeruandam. 219

CAP.

Cap. IX.

De Qviete. 221

Cap. X.

De Plenitvdine. 222

Quæſt. I. Quotuplex ſit plenitudo. ibid.
II. *De notis plenitudinis.* 227

Cap. XI.

De Inanitione. 228

Quæſt. I. Quid ſit PHLEBOTOMIA *& quotuplex.* 229.
II. *Quæ ſint conditiones requiſitæ ad ſanguinis miſſionem faciendam.* 231
III. *Vtrum poſſit fieri phlebotomia vſque ad animi deliquium* 236
IV. *Qua hora diei phlebotomia ſit commodior.* 244.
V. *Vtrum in pleuritide debeat fieri ſanguinis miſſio ex eadem parte.* 247
VI. *Vtrum ſanguinis miſſio in grauidis aliquando poſſit exerceri.* 270
VII. *Vtrum* PVRGATIO *poſſit fieri in principio morbi.* 274
VIII. *Num purgatio certi humoris per medicamenta fiat ob ſimilitudinem in ſubſtantia.* 287
IX. *Vtrum ad commodam humoris purgationem*

nem requiratur tenuium incraſſatio, & craſſorum attenuatio. 299
X. *Purgationum conueniat hominibus ſanis, & quo tempore.* 304
XI. *Vtrum data æquali neceſſitate, purgationis & ſanguinis miſſionis, incipiendum ſit à ſanguinis miſſione, an contra.* 326
XII. *Quid ſit VOMITVS, & à quibus cauſis oriatur.* 330
XIII. *Vtrum vomitus ſit vacuatio naturalis, an præter naturam.* 333
XIV. *Num CLYSTERIS vſus ſit vtilis, & an debeat perpetuo præcedere phlebotomiam.* 339.
XV. *Vtrum dentur clyſteres nutrientes.* 346
XVI. *Vtrum SVDOR ſit vacuatio naturalis.* 352.
XVII. *Vtrum abſterſio ſudoris prouocet ſudorem.* 358.
XVIII. *Vtrum COITVS ſit vtilis ad ſanitatis conſeruationem, & qua hora debeat fieri.* 359

CAP. XII.

DE AFFECTIBVS ANIMI.

Quæſt. I. Quid ſit ira, & an poſſit aliquem interimere. 375
II. *Quid ſit timor, & quomodo corpus noſtrum immutet.* 378

III. *Quo*

III. *Quo pacto gaudium immutet corpora noſtra.* 379
IV. *Quo pacto verecundia corpus alteret.* 382
V. *Quid ſit amor, & quo pacto afficiat corpus* 384.
VI. *Vtrum detur pulſus amatorius.* 387

TRA-

TRACTATVS DE SEX REBVS NON NATVRALIBVS, TRAditus Anno 1584. 15. die Octobris Conimbricæ,

A

DOCTORE FERDINANDO RODERICO CARDOSO ARTIS med. primario profeſſore & Regiæ Mag. prothomedico.

PRÆFATIO.

CVM Medico non ſatis ſit, cognoſcere, ex quibuſnam conſtituatur humanum corpus, niſi & illa pernouerit, quæ ſic conſtitutum in ſuo ipſius ſtatu conſeruare ſuapte natura poſſunt, merito ex ordine tractabimus, quæ corpus noſtrum illiuſque, quam à natura accepit, conſtitutionem conſeruare poſſe dicun-

Digitized by Google

dicuntur. Hæc autem ſunt *res non naturales*, quæ quidem ſunt ſex, videl. *aer nos ambiens, cibus & potus, ſomnus & vigilia, motus & quies, excreta & deniq; animi accidentia.* Cauſa autem, propter quam harum rerum cognitio Medico eſt vtilis & neceſſaria, eſt, quia continet ea, quorũ præſidio (ſi recte adhibeantur) incolumis ſeruari hominis conſtitutio poteſt, ſin minus, peruerti. Dicuntur autem res non naturales, non quod in albo rerum naturalium locatæ non ſint (ſunt enim profecto, ſi rerum naturam ſpectes, ex naturalium ordine) ſed ob id, *quod noſtri corporis eſſentiam, ac conſtitutionem minime complent.* Noſtra enim conſtitutio non completur ex his proxime enarratis rebus, ſed ex elemẽtis, temperamentis, humoribus, membris, facultatibus, actionib. & ſpiritibus, quæ omnia res naturales dicuntur: itaq; duplici nomine prædictæ ſex res non naturales dicentur, tum quod nobis à natura nõ inſint, ſed forinſecus aduenîant, tum quod niſi opportune (vt corporis conſtitutio expoſcit) adhibeantur, ita corpus alterant, vt ſanitatem etiam ſæpe numero peruertant & deſtruant. appellantur etiam prædictæ res non naturales, *ſalubres* cauſæ à Galeno *tech. cap. 83. & 85.* in quantum corporis noſtri commoderationem ac conſtitutionem totam incolumem atque ſalubrem (ſi recte adhibeantur) ſeruare tue-

Res non naturales quot.

Cur dicantur res non naturales.

Res naturales quæ.

Digitized by Google

re tuerique poſſunt: nam ſi fuerint excedentes, dicentur inſalubres. Dicuntur etiam à Galeno *tech.* 84. *neceſſaria* res, quia ſcilicet ab illis neceſſario corpus alteratur: nam alia ſunt, à quibus corpus non neceſſario alteratur, vt enſis, fera, & alia, quæ à nobis poſſunt euitari.

CAP. I.

Vtrum res non naturales ſint tantum ſex.

PRIVS quam de numero rerum non naturalium pertractemus, videndum eſt, num ars conſeruatrix ſit vtilis & neceſſaria, ſiquidem in præfatione diximus, prædictas res (ſi recte adhibeantur) corpus humanum conſeruare. Artem ergo conſeruatricem inutilem eſſe multa ſuadent: imprimis *plebei homines, ruſtici & mechanici victu ſordido & prauo vtentes, nec vnquam Medicum adeuntes, robuſti ſunt & raro ægrotant, nobiles vero & magnates, quorum eſt alimentum & viuendi ratio exactiſſima, quibuſque perpetuo aſſidet Medicus, ſemper ſunt valetudinarii, crebroq; morbos experiuntur; Ergo.* Corroboratur hæc eadem ratio, ex illo vulgari dicto, *qui viuit in puncto, viuit in dubio.*

An ars conſeruatrix ſit vtilis & neceſſaria.

Rationes negatiuæ.

Secundo prouidentia naturæ prædictam artem conſeruatricem ſuperfluere arguit, dum animalibus natiuos indidit ad neceſſaria inſtinctus, iudiciaque, quibus ſingula eligunt locum, aeremque familiarem, vt aues volare, pedeſtria ingredi, piſces in aqua natare, quin & natura duce multa commutant hyemalem aerem, cõmigrantia in alienas tepidioreſque ſedes: alimentis vero ſeligendis ianitrix lingua poſita eſt, ſicut ſomno, vigiliæque dimetiendæ vis illa toti præſidens, ſomnum pro tempore & expergefactionem imperans: vel ergo talibus inuentis obtinet natura, quod nititur, & ſuperflua eſt ars conſeruatrix; vel non obtinet & manca eſt, deficienſque in neceſſariis, quæ cupit natura. Sed quid opus eſt rationibus, ſi Medicorum celebrium teſtimoniis res confici poteſt: docuit enim Hippocrates 2. *Aph.* 50. *praua modo in conſuetudinem abierint, non lædere, ſed inſolita, bona licet, ideoque oportere ſanos homines ad inſolita permutari*: item 1. *Aph.* 5. *in ſanis* (inquit) *periculoſa eſt valde tenuis & exquiſita victus ratio, quoniam errores grauius ferunt*: præterea *libro de aere & aquis* de his agens inquit, *qui ſanus eſt, vtatur aqua obuia, nullam deligens; qui ægrotat, meliore vtatur*: cui ſententiæ conſonat Celſus *libro* 1. *cap.* 1. dicens, *qui ſanus eſt, nullis ſe legibus obliget, nullum cibi genus fugiat, quo populus vtatur, nunquam vnam aliquando etiam repro-*

reprobam viuendi formam ſequatur, demum nec Medicum, nec pharmacopolam conſulat: Eandem Hippocratis ſententiam amplectitur Galenus 1. *de ſan. vend.* vbi ſic ſcriptum reliquit: *ſua vnicuique animanti natura ſat eſt ad proprias conuenientesque excitandas appetitiones, quibus ſalutem tueatur.*

His tamen non obſtantibus, vtilem eſſe artem conſeruantem & maxime neceſſariam in corpore ſaluberrimo oſtendit Galenus *libro artis med. cap.* 84. ratione à natura rei petita. Si enim corpus ſaluberrimum ſicut optimum habet; ita & conſtantem firmumque & immutabilem habitum contraxiſſet, nullo artis indigeret adminiculo, quoniam vero à multis alteratur, & à natiua probitate excidit, poſcit medicinæ ad durationem auxilia. *Affirmatiua.* 1.

Reſtat ergo rationibus eandem fulciri ſententiã, & ad oppoſitas reſpondere. Et imprimis viri celebres rerum vſu & virtute conſpicui conſcribunt tractatus de tuenda valetudine, non minus quam de morbis curandis, intelligentes ſcilicet, maximam ex illis humanæ vitæ comparari vtilitatem. *Secunda* ratio deſumitur ex Galen. *6. de ſanitate cap. 6.* & *libro de Euchym. cap.* 1. vbi ſuo & amicorum frequenti experimento præcipit Galenus, neminem in vita ægrotaturum, nullum ante maturam ſenectam periturum, quamuis infœlici

natura præditum, qui præceptis Medicorum
2. conſeruantibus obtemperauerit. *Tertia* aerem inſularium & paluſtrium locorum ſolum reddere inſalubre, nemo eſt tam contumaci & præpoſtero ingenio natus, qui inficietur; alibi aquas incolas efficere pallidos, gutturoſoſque conſtat; alimenta vero quædam cruditatem & flatum gignere, alia fœliciter coqui, patet: Si ergo ſingula ad ſanitatem conſeruãdam vim habent, cur iuncta non habebunt?
3. *Vltima*, ſi nulla eſſet ars conſeruatrix, non ſolum ſenes ob virium debilitatem crebrius ægrotarent iuuenibus, ſed & fœminæ maribus, cum tamen de ſenib. oppoſitũ teſtetur Hippoc. 2. *Aph.* 39. non repugnante experimento; ſenes enim ſuo malo nouerũt cauere morborum diſcrimina, quæ adoleſcentes contempſerant, & ſero intelligunt; quoniam vera doceamus, mulieres vero ex vitę inſtituto ita cauent morborum cauſas, vt noſtra opera in multis non indigeant.

Solutiones obiectionũ. Pro primæ autem obiectionis ſolutione, aduertendum eſt, *omni homini ſi quid aliud, maxime neceſſariam eſſe à prauo victu abſtinentiam*;
1. monſtrant enim crebri euentus potiſſimum corripi lethalibus morbis, aut admodum rebellibus eos, qui natura conſtant ſaluberrima, quoniam præ libidine, & intemperan-

tia nihil non adeuntes, nec ex erroribus propter naturæ bonitatem offenſi perdurant in errore, quouſque ſemel vniuerſum vincantur immedicabiliter, cum alii imbecilles valetudinariique, quia confeſtim ab erroribus ſuperati admonentur, longam ætatem, citra periculoſos morbos degant, quod mirifice ſignificauit Gal. 2. *alim. cap. de cucumeribus*, vbi ſic: *Illud perpetuo memorandum eſt, quod pertinacis cuiuſque edulii, quamuis fæliciter à quopiam conficiatur, ſuccus tamen ipſe in corpus digeſtus antiquam naturam mordicus ſit retenturus, perinde omnibus praui ſucci eduliis, quamuis probe ob particularem ſubſtantiæ proprietatem à quibusdam conficiatur, abſtinere in totum conſuluerim. Clam enim ſenſimque longa dierum ſerie prauus in venis ſuccus ex ipſis ſuggeritur, qui leuiſſima accepta occaſione morbos ſæuiſſimos & mire contumaces excitabit.* Hæc Galenus. Id ipſum viſus eſt docere Auicen. *3. 1. d. 2. cap. 8. & 9.* vbi in ſenecta intemperantis adoleſcentiæ peccata refert; ideoque neminem oportere prauo victui aſſueſcere, ne longo tempore aliquid inde aduerſi patiatur.

Secundo aduertendum eſt, eos, qui temperata, robuſtaque natura conſtant, mediocri victu poſſe vti, non exquiſito & perpetuo ſelecto, natura enim ipſa, quæ in ſimilia, 2.

hoc eſt, temperata fertur, non concupiſcet vnquam immoderata: & licet concupiſcat, tamen temperaturæ propriæ benignitas & robur, exceſſus non admodum graues euincere, emendareque poterit: è contra vero, qui vel totius, vel partis alicuius infirmitate, intemperamentoue laborat, decet ſelecte viuere, & Medicorum præceptis obtemperare: quoniam in immoderata per naturam fertur, & intemperatura etiam ipſa vitiat moderata, tantum abeſt, vt vitioſa emendet, maxime ſi exercitio integro non vtitur.

Ex iis iam ad primum argumentum patet ſolutio; cum enim ruſtici, & mechanici temperatum obtineant corpus (ſi Galeno creditur *5. de ſanat. vltim.* vbi nemo eorum, qui laborioſa opera exercet, intemperatus creditur) & non ſolum moderato, ſed vehementi vtantur exercitio: non mirum eſt eos prauo vti victu, eoque per totam vitam in ſanitate conſeruari. Nec vero quia cum Medicis rem non habent, robuſti citra morbos viuunt, quin potius idcirco Medicos non adeunt, quia robuſti ſine morbis agunt, nõ ægrotant autem, quia obſeruant duo illa artis conſeruantis capita, nempe *frugalitatem & exercitium*, vnde intelligitur, plebeios homines & ruſticos ſanos firmoſque viuere, ſine Medico quidem: Cæterum non ſine medicina.

Cur ruſtici non ægrotẽt.

Ad

Ad confirmationem, dico noſtram artem anguſtas illas & momentaneas viuendi leges non præſcribere, ſed ampliſſimas, tantum cauet ea, quæ citra ægrotandi diſcrimen non admitteret, quas leges quicunque exceſſerit, conuincitur incontinentiæ, imprudentiæque.

Ad *ſecundum* argumentum de natiuo ad neceſſaria inſtinctu, quem animalibus natura indidit, dico *naturam in omnibus rebus omnis boni initium præbere, cæterum, ars complet & perficit*: ſic ad vitam tuendam ſcopum illum præcipuum appetitionis ſimilium per ſanitatem; oppoſitorum vero per morbum naturæ indidit, multa tamen negata ſunt naturæ ſanitatis tuendæ ſubſidia, arti conceſſa, multo plura in morbis abigendis: irrationalis enim natura, & diſcurſu vacans membris præſtare non potuit, perſpicere ſimilium qualitates, quantitates, tempora & aſſumendi ordinem, minus præſtare potuit artificia coctionis, & condituræ compoſitionum, quibus alimenta ex ſe diſſimilia, ſimilia euaderent, & familiaria, quę omnia ars complet: cum vero intemperatæ naturæ feruntur ingenito impetu in ſimilia, niſi adſit in ſumendo modus, interponanturque ad ſecuritatem contraria lapſus proportionalis, merito timeri poteſt hoc moderamen, & illam oppoſiti intercalationem, ars *Reſponſio ad 2. argumentum.*

noſtra facit, vt otioſa immerito dicenda ſit, ſiquidem rationis adminiculo non mediocriter naturæ vtilitates adauget: *appetitus ergo illos animantibus indidit natura, cæterum moderantiam illorum & occaſionem in omnibus cum ordine ab arte expectat.*

Authorum vero placita præſtat amice interpretari, & imprimis ad Hippocratem 2. *Aph. citato*, dico: Eum conſeruantem artem non reiicere, tamen inſinuare, cõſuetudinem aliquando eſſe permutandam, ob periculum, quod ex aſſuetis rebus imminet; cum enim humana ſors inopinatis rerum caſibus, fortunis & euentibus ſubiiciatur, adeo, vt eiſdẽ rebus perpetuo vti non poſſimus, fit, vt omnis vnius formæ conſuetudo periculoſa ſit, quandoquidem, ſi repente inſuetis vti cogimur, magnam inde læſionem percipimus, quam ſententiam confirmat Celſ. *lib. 1. cap. 3.* vbi in eum ſcribit modum: *Nimis otioſa vita vtilis non eſt, quia poteſt incidere laboris neceſſitas, neque enim ex nimio labore ſubitum otium, neque ex nimio otio ſubitus labor ſine graui noxa eſt.*

Ad eundem vero 1. *Aph.* 5. accuratum victum, non ſolum in ægris, ſed etiam ſanis reprobantem, dico, eum victum exacte tenuem reiicere, quia errores in eo commiſſi grauius feruntur: tum ab ægrotantibus, tum etiam à ſanis, vt dilucide exponit Galenus

in

in commento. Hic vero amplum recipimus victum. In eundem etiam ſenſum recipi poteſt, quod de aqua profert *lib. de aere, & aquis,* dummodo aqua non ſit ſimpliciter vitioſa. Sententia vero Celſi, niſi per hyperbolem dicta ſit, periculoſe admittitur. Conſultius eſt enim cum Galeno, ab vniuerſis cibis praui ſucci, per vniuerſam vitam abſtinere, vt à fructibus omnibus: potiſsimum præcocibus fere etiam oleribus, leguminibus, & quadrupedibus.

Reſponſio ad argumētum Celſi.

Quod vero attinet ad numerum rerum non naturalium, nonnulli eum diminutum eſſe, ſequentibus confirmant rationibus. *Prima,* actio caloris interni in humidum, non ſolum eſt neceſſaria, imo ſi quid aliud, hominem alterat, ergo numeranda erit inter res non naturales. *Secunda,* vel res illæ dicuntur neceſſariæ in indiuiduo, vel in genere ſeu ſpecie: ſi primum falſum eſt dicere, eas eſſe non neceſſarias, quia citra quemuis oblatum aerem vita poteſt durare, dummodo non deſit aer; ſi ſecundum multa ſimiliter occurrent neceſſaria, nam obuians nobis enſis neceſſario vulnerat, ſic fera, &c.

De numero rerum non naturalium

Tertio cœlum & regio mutant corpora neceſſario, quorum tamen in dictis nulla eſt facta mentio; Ergo.

Quar-

Quarto Galenus *lib.ad Traſib.cap.27.* omnes ſalubres materias quaternario numero comprehendit, videlicet, quę aſſumuntur, quę extra occurſant, quæ vacuantur, quæ fiunt, ſcilicet in nobis.

Vltima. Cibus & exercitium non debent ſeparatim numerari à genere replentis, & vacuantis, quoniam cibus & quies replentia ſunt, inedia vero & motus inanientia.

His tamen nõ obſtantibus, ſex eſſe res non naturales ſeu neceſſarias aperte conſtat ex Gal. *lib. art. med.cap.* 84.*&* 85. quem ſequitur Iacobus Florouienſis *3.artis med.quæſt.*4.& fere omnis Medicorum ſchola. In eadem ſententia eſt Auic. *1. 1. d. 2. cap. 1.* quem ſequitur Tacuinus grauis inter Arabes autor *cap. de reb. neceſſariis.* Vbi ex tribus facultatibus, prædictum oſtendit numerum, ſeruiunt enim duæ materiæ vnicuique ex facultatibus, ſcilicet, aer, & affectus animi vitali, motus & vigilia animali, cibus & vacuatio naturali: iuxta hanc ſentẽtiam ad primam obiectionem dicimus, actionem calidi in humidum ineuitabilem quidem eſſe, verum nos modo non recenſemus, omnia homini ineuitabilia, (in hoc enim ordine ſenium & mors comprehenderetur) ſed ſolum externa occurſantia conſideramus, quæcunque conſilio & arte moderari poſtulant, vt minus noceant.

Ad

Ad 2. reſpondemus, nos de ſpeciebus, non vero de indiuiduis agere, eas tamen ſpecies, ex eo appellamus neceſſarias, quia neceſſario nobis occurrunt, & à nobis euitari non poſſunt, quo pacto aer in communi, ſeu indeterminate ſumptus eſt neceſſarius; enſis vero & fera, cæteraque huiuſmodi non neceſſario nobis occurrunt, etiamſi genera tantum ſpectentur, quare à nobis poſſunt euitari. 2.

Ad 3. dico cœlum & regionem, quia mutato aere, mouent, genere aeris contineri. 3.

Ad 4. dicendum eſt, illas ſex res commode poſſe ad quatuor redigi, quo pacto rediguntur à Gal. *lib. ad Traſ. cit.* nam quæ aſſumuntur, cibus ſunt & potus; quæ extra occurſant, aer, quæ vacuantur, vacuatio & retentio; quæ vero fiunt animi affectus, ſomnus & vigilia, motus & quies. 4.

Ad vltimam reſpondendum eſt, quod fruſtra locarentur cibus & exercitium ſeparatis generibus à genere replentis & vacuantis, ſi cibus ſolo nomine replentis hominem mutaret, ſed res longe aliter ſe habet; nam alimenta ſuis, peculiaribuſque differentiis alterant; motus & quies ſuis etiam, vt non potuerint ſola replentis ratione conſiderari. Cum ergo prædictæ res non naturales, quæ corpus noſtrum alterare poſſunt, & conſeruare, ſi recte adhibeantur, ſint ſex, vt ex dictis patet, meri- 5.

to ſi-

to ſigillatim, quid vnaquæque earum in corpore poſſit, explicabimus.

Cap. II.

De Aere.

QVINQVE de aere ſunt à nobis *in hoc cap.* pertractanda, *Primo* videbimus, quodnam temperamentum aer ſortiatur. *Secundo* qualis aer eligi debeat ad vitam hominis conſeruandam. *Tertio* quo pacto aeri intemperato ſubueniendum ſit. *Quarto* vtrum ſpiritus noſtri corporis aere nutriantur. *Vltimo* an aer perpetuo ſiccet corpora noſtra, an aliquando humectet, determinabimus.

Qvæstio I.

Quod ſit aeris temperamentum.

QVOD attinet ad primum, videlicet quod temperamentum aer ſortiatur; aduertendum eſt ex Ariſtotele & communi philoſophorum ſchola, in vnoquoque elemento duas reperiri qualitates primas, vnam in ſummo, alteram vero in gradu remiſſo, quo pacto ignis eſt calidiſsimus & ſiccus, aer humidiſ-

midiſsimus & calidus, aqua frigidiſsima & humida,&c.

Secundo aduertendum eſt, duo circa aeris temperiem in quæſtionem poſſe verti; primum, *num aer ſit humidior aqua*, ſecundum, *vtrum ſit calidus an frigidus*.

De primo eſt altercatio inter Medicos & philoſophos, vix adhuc ſedata, de humiditate aeris collatione facta ad aquam. Nam philoſophi dicunt, aerem eſſe humidiſsimum, ſaltem humidiorem aqua, conſtat hoc aperte ex Ariſtotele *libr. 2. de ortu & interitu*, & *capit. 1. 4. libr. Metheor.* quibus locis Ariſtotel. ex quatuor qualitatibus primis, quatuor elementa conſtituit, & ſingulis elementis ſingulas tribuit excellentes qualitates, & ſingulas, quæ illas excellentes conſequuntur *ſupra* dictas, quam Ariſtotelis ſententiam fere omnes ſequuntur philoſophi. *An aer ſit humidior aqua.*

Verum Medici aliter ſentiunt, dicunt enim, aquam eſſe humidiorem aere, conſtat hoc imprimis ex Galeno medicinæ principe, qui *1. libro ſimpl. cap.* 8. inquit *aquam ſumme humectare*, quibus verbis extremam humiditatem videtur aquæ tribuere, non aeri, idem etiam habetur *1. libr. de temp. in principio*, vbi habentur hæc verba, *neque vllum animal aut calidum omnino eſſe poteſt, vt eſt ignis, aut humi-*

humidum ſumme, vt eſt aqua, quam Galeni ſententiam fere omnes ſequuntur Medici approbantque.

Cæterum citra alicuius ſententiæ refutationem videntur omnes tam Medici, quam philoſophi in eandem poſſe trahi, aut omnino parum diſſidentem: nam Galenus *primo ſimpl. citato* non dixit; aquam eſſe *ſumme humidam*, ſed *ſumme humectare*, cum hoc tamen fieri poteſt, vt minus humida ſit, quam aer, & propter ſubſtantiæ modum, maiorem inquam denſitatem, plus humectet, nam *virtus vnita fortius agit ſe ipſa diſperſa*. At vero *primo de temperam: citato* dixit, vtrumq; elementum, aquam ſcilicet & aerem abſolute humidum, parum ſolicitus, quodnam eſſet humidius: *in principio* enim *libri* ſumme humidi corporis exemplum fuit aqua, nihilominus *paulo inferius cap. 6.* ita ſcripſit, *quod abſolute ſiccum vocatur, id in ſolis elementis eſt, igne ſcilicet & terra, ſicut humidum in aere & aqua*: præterea idem Galenus *1. libro de natura hominis* in Ariſtotelis ſententiam videtur aperte incidere. Quare dicendum eſt, Galenum vt Medicum, humidiorem ſtatuiſſe ſubſtantiam aqueam, quoniam magis humectat, Medici enim ſunt artifices ſenſuales, res ſcilicet per ſenſum iudicantes, Ariſtotelem vero, vt philoſophum, aerem dixiſſe humidiorem, vt quem hac oporteat qualitate

præ-

præcellere in idem etiam videtur incidere, ſi dicamus (nihil medicinæ officientes, nec à philoſophia Ariſtotelis recedentes) *aquam eſſe humidiſſimum medicamentum, aerem vero humidiſsimum elementum.*

Nec prædictæ ſententiæ repugnat Galen. 4. *aph. commento* 13. dicens, aquam nec interius aſſumptam, nec exterius applicatam humectare, non inquam repugnat, quia Galenus *loco citato* ſolum loquitur de humiditate ſubſtantifica, quam præſtant alimenta, hoc enim pacto verum eſt dicere, aquam non humectare, non enim nutrit corpus noſtrum, vt videre eſt apud Galenum 4. *lib. de vſu part.* vbi aquam vehiculum appellat alimenti. *Aquam nō nutrire.*

Reſtat nunc, vt videamus, vtrum aer ſit calidus, an frigidus, in qua dubitatione Galenus 2. *ſimpl. cap.* 20. maximam fuiſſe quæſtionem inquit inter Peripateticos, quorum princeps fuit Ariſtoteles, & inter Stoicos, illis aerem calidum eſſe, his frigidum aſſerentibus, quos etiam iuuit Seneca *lib. 2. quæſt. naturalium* dicēs, *aer frigidus & obſcurus natura eſt.* Confirmāt autem vtrique autores ſuas partes, imprimis Stoici probant, aerem eſſe frigidum ex generatione: dicunt enim aerem fieri ex aqua (quę quidem natura frigidiſſima eſt) per ſolam rarefactionem, & perinde frigidum eſſe oportere. *An aer ſit calidus vel frigidus.* *Quod ſit frigidus.*

B *Secun-*

Secundò idem probant ex oleo, quod inter omnes philoſophos conuenit aereo præditum eſſe humore, tunc ſic argumentantur; *oleum à frigore externo citiſſime denſatur, & congelatur, non alia de cauſa, niſi quia oleum frigidum eſt* (res enim frigidæ citius à frigore condenſantur, quam calidæ, vt experientia docet) *Ergo aer erit frigidus & non calidus.*

3. *Tertia* ſtoicorum opinio confirmatur, quia *omnis res naturalis remotis iis, quæ ipſam alterabant, recidit in ſuam naturam; ſed aer ex ſola abſentia ſolis fit frigidus in hyeme: Ergo talis erat natura ſua*; præter naturam autem incaleſcebat.

4. *Vltimo* addunt ſtoici, in ſuæ ſententiæ confirmationem, aerem in medio ſuæ regionis (quo loco videtur oportere ſuam illum naturam maxime retinere) eſſe frigidiſſimum, vt docet pluuiarum & grandinis ortus. Corroboratur hæc eadem ratio, quia ex ventilatione aeris continuo refrigeramur, nec non ex reſpiratione, vt quotidie in nobis ipſis experimur. His & aliis argumentis nituntur ſtoici ſuam confirmare opinionem.

Quod calidus. Verum Ariſtotelici (quorum ſententia philoſophice loquendo videtur probabilior) exiſtimantes aerem eſſe calidum, confir-
1. mant ſuas partes his rationibus: *Primo* ex generatione aeris, dicunt enim, aerem ex eo

eſſe

Digitized by Google

eſſe calidum, quia generatur à cauſa calida diſſoluente.

Secundò idem probant ex oleo, quod in- 2.
quiunt nunquam omnino vſque ad duritiem
concreſcere, vt quod ſit calidiſſimum, & hoc
pacto intelligendus eſt Ariſtoteles, dicens
4. *metheor.* oleum non poſſe congelari, non
poſſe ſcilicet ad multam congelationem ve-
nire, alioquin in mendacio quotidie depre-
henderetur. *Tertiò* confirmatur hæc Ariſto- 3.
telis opinio, ex leuitate aeris, quæ quidem
ex calore videtur proficiſci. *Vltimò* addit A-
riſtoteles, non videre veroſimile, aerem &
aquam diuerſa elementa ſimiles habere qua-
litates.

Ad argumenta autem Stoicorum reſpondet Ariſtoteles 2. *de generatione capit.* 3. Ad primum, quod licet aer fiat ex aqua per rarefactionem, tanquam ex materia, tamen à calore generatur tanquam à cauſa efficienti, quæ quidem potior eſt; ſic etiam ex frigido ligno fit ignis. *Reſponſiones ad argumenta Stoicorum.*

Ad *ſecundum* reſpondet; oleum propter craſſas partes, quas habet permixtas cum tenuibus, denſari cito, ſed quia calidum eſt, nunquam integrè denſationem pati, aut ſaltem non tantam, quantam aqua. 2.

Ad *tertium* dicit, aerem in hyeme refri- 3.

gerari, non propter abſentiam ſolis tantummodo, ſed & propter viciniam aquæ, quæ eſt frigidiſſima.

4. Ad *quartum* inquit, aerem in media regione eſſe frigidiſſimum, ex antipariſtaſi.

Ad id vero, quod *vltimo* addunt Stoici, de ventilatione aeris, ex quā refrigeramur; Reſpondet Ariſtoteles, aerem occurſantem faciei in ventilatione, non perpetuo eſſe frigidum, ſed minus calidum eo, qui quietus adhærebat.

Nec obſtat 1. aduerſus Ariſtotelis ſententiam, quod nonnulli pro Stoicis adducunt, ſcilicet *aerem in media regione perpetuo eſſe frigidiſsimum, nullum autem violentum eſſe perpetuum.* Nam dico, nullum eſſe inconueniens, violenta, mixtorum generationi neceſſaria, perpetua eſſe, ſic terra ſuper aquam eſt, & aer intra terram, quare etiam qualitates elementorum violentæ poterunt eſſe perpetuæ. Vel dico non eundem aerem perpetuo eſſe oppreſſum violenta qualitate, ſed ſubinde mutatum.

Aer in corpore incluſus cur frigida inducat ſymptomata.

Non obſtat *ſecundo*, aerem in corpore incluſum frigida inducere ſymptomata, & ſolis calidis ſanari.

Nam ob duplicē cauſam id contingere videtur. 1. propter flatus craſſos, qui relinquuntur reſoluta parte calidiori, ideoque calidis reſoluentibus ſanatur. 2. cauſa (quam tradidit

dit Auicenas 2. 1.*d.*2.*cap.* 20.) eſt, quia aer, licet ſit calidus, tamẽ adhuc frigidior eſt ſpiritu calidiſſimo, cum quo membra antea conuerſabantur. Similis reſponſio adhiberi poteſt ad id, quod adducitur de reſpiratione, per quam attrahitur aer refrigerans, eſt enim frigidus reſpectu cordis calidiſſimi.

Non obſtat *tertio*, aerem ſub polis rigere, vbi à ſole non caleſit. Nam dico, aerem licet calidum, cum circundet duo frigida elementa, aquam ſcilicet, & terram, perpetuo in ſe recipere frigidiſſimos illorum halitus, qui exurgunt agente calore ſolis, ignis, aerisque, vnde frigidiſſimus apparet, præſertim iuxta polos (quo ſe recipiunt vapores illi fugientes ſolarem ambitum) vel in ſublimi aeris regione, quo etiam fugiunt à refractione ſolis, non aliter quam ante orientem Solem, præcedit frigus, pruina, pluuiaque.

Non obſtat *quarto*, alimenta flatulenta achorem inducere, achor autem frigiditatis ſoboles eſt, *1. de locis*.4.2.*de temperam*.13. *&* 3. *de cauſ. ſympt*.1. Dico tamen iuxta ſententiam Auicenę.*2.can*.3.acidum ſaporem ex aeris commercio aliqua ex parte calidum eſſe; nam vt conſtat ex Galeno. 4.*ſimpl*. is. quem ſequitur Auicenna. 13.*tertii tractatu 1. cap*.17. & colligitur ex Hip.6.*Aph*.1.*acetoſitas indicat calorem mouentem, cæterum nõ coquentẽ humidum*, ob quam cau-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

cauſam fructus ſtatim in prima generatione acidi apparent: poſtea vero cũ cocti ſunt, dulceſcunt; ſimiliter reſpondere poſſumus ad id, quod adducitur de aere in vino manente, & in acetum vertente.

Non obſtat *vltimo*, aerem æſtiuum cerebrum vulneratum refrigerare, ac perinde frigidiorem eſſe cerebro, & à fortiori multo frigidiorem cute humana, quæ temperata eſt; Dico, quod licet cerebrum frigidum & humidum ſortiatur temperamentum, iuxta ſententiam Galeni *tech. ca de cerebro*, tamen quandiu durat vita, actu calet influente calore, reſpectu cuius aer (quantumcunque calidus) frigidior manet, ſicut antea dicebamus, de aere cordi collato.

His ſic expoſitis prædictis duabus opinionibus ſuccedit tertia, quæ medice loquendo, verior & probabilior videtur, aſſerit enim, *aerem nec eſſe calidum nec frigidum, ſed temperatum.* Hanc autem fuiſſe Galeni ſententiam, colligitur ex eo, quia nullibi dixit, aerem eſſe frigidum; cæterum, non eſſe calidum, expreſſe docuit 8. *de vſu part. cap.* 3. Hanc etiam fuiſſe Galen. opinionem, refert inſignis Valeſ. *libr.* 1. *controuerſ. capit.* 30. Quæ rurſus, ſequentibus confirmari poteſt rationibus, quarum prima eſt huiuſmodi: *Id, quod facile ad alterutrum extremorum tranſmutatur, vtriuſque*

Aerem eſſe temperatũ, & non calidum.

que eſt expers: nam quod contra altero eſt natura ſua affectum, difficile ad aliud, quod eſt illi contrarium, trahitur, ob hanc cauſam oculos coloris expertes oportuit eſſe, & inſtrumentum tactus temperatiſſimum, quia *ſenſus debet eſſe ſenſibilium expers*: *ſed aer facilime, leui etiam cauſa de calido frigidus fit, & de frigido calidus, & mediocribus occaſionibus nunc calidiſſimus eſt, nunc frigidiſſimus*, vt in media hyeme, vix poſſimus frigus perpeti, & in media æſtate calorem, & in autumno alternis horis modo calidus, modo frigidus maniſeſte eſſe ſentiatur: *Ergo aer natura ſua nec calidus, nec frigidus erit*, maxime cum oporteret eum verſari circa illas duas qualitates, ad vitæ animalium & aliarum rerum conſeruationem.

Secundo prædicta ſententia oſtenditur, quia *omnia medicamenta natura aerea, non ſolum à Galeno, ſed & Medicorum ſchola temperata cenſentur*, verbi gratia, oleum, cera, & ſimilia: *Ergo aer temperatus erit*. 2.

Vltimo corroboratur eadem ſententia, *quia non videtur veriſimile, naturam aeri tribuiſſe duas qualitates peſtiferis morbis, maxime obnoxias*, nempe, caliditatem & humiditatem, ſiquidem eo ad vitæ conſeruationem indigebamus. Reſtat nunc, vt reſpondeamus au- 3.

toritatibus & rationibus, quæ dictam ſententiam impugnare videntur.

Reſponſiones ad argumenta contraria. Prima autoritas habetur apud Gal. *libello de vſu reſp.* 20, vbi aſſerit, *cor non ſubſtantia aeris, ſed qualitate egere ad refrigerium.* Dicendum eſt, Galenum *loco citato*, ſolum *innuere*, aerem eſſe frigidum, cæterum illud expreſſe non aſſerere, & licet qualitate aeris indigeamus, tamen cũ hoc ſtat, aerem *natura ſua* non eſſe frigidũ, licet talis ſit per antipariſtaſim, vel propter viciniã elementorum frigidorum, vt *ſupra* dictũ manet. Vel poſſumus dicere, eſſe temperatum, & collatione ad ſubiectum calidiſſimum eſſe frigidum, vt *ſupra* à nobis declaratum relinquitur.

2. *Secunda* autoritas habetur *libello*, cui titulus eſt, *quod animi mores, &c. cap.* 4. vbi de aere diſſerens ſic habet: *Nam aer ipſe, quantum in ſe ipſo, frigidus eſt, cæterum permixtione ignei elementi bene fit temperatus.* Dico, Galenum hoc loco Stoicorum referre opinionem, vt ex verbis, quæ ſtatim ſubdit, aperte conſtat.

3. *Tertia* autoritas habetur 8. *de vſu part. cap.* 2. *&* 3. vbi aerem frigidiorem cerebro appellauit. Reſpondendum eſt, *cerebrum in viuente actu eſſe calidum, & calidius aere, etiam in æſtate media.*

Ex dictis ergo manifeſte conſtat, quod cum Gal. nullibi dixerit, aerem eſſe frigidum & non

non eſſe calidum aſſeuerauerit, videtur ſenſiſſe neutrum *natura* eſſe, ſed in hac oppoſitione temperatum. Solet enim Gal. ex contrariis doctiſſimorum autorum ſententiis æque fortibus argumentis confirmatis, illorum rationibus, vtrorumque aſſertiones refutare & mediam opinionem céſere veriorem, vt quæ neque his, neque illis argumentis expoſita ſit.

Ad rationes autem, quæ hanc opinionem è medio tollere videntur, facilis eſt reſponſio. Ad primam, quæ ita ſe habet: *hoc, quod eſt aerem facile tranſmutari ad alterutrum extremorum, debet referri ad ſubſtantiæ tenuitatem, magis quam ad mediocritatem temperamenti*; *Ergo aer non poterit eſſe temperatus*: Dicendum eſt, antecedens eſſe falſum: nam aliter ſequeretur ignem (cum ſit tenuior aere) facilius tranſmutari, cum tamen ignis caloris ſit tenaciſſimus. *Refutatio dicentium, aerem non eſſe temperatum.* I.

Nec obſtat huic reſponſioni, quod legitur apud Galen. *lib. de inæquali intemp.* & 1. *ſimpl.* 18. corpora nempe tenuis ſubſtantiæ, cum facile perpetiantur, promptiſſime, tum incaleſcere, tum refrigerari.

Nam dico, hoc ſolum eſſe intelligendum de rebus eiuſdem naturæ, non vero diuerſæ, in illis enim, quod tenuius eſt, facilius tranſmutatur, perinde aqua, quam aqua, quo eſt tenuior, eo commutabilior (& hæc eſt cauſa,

ob quam aqua, quæ cito caleſit, & frigeſit ab Hipp. laudatur 5. *Aph.* 26. quia ſcilicet eſt tenuior.) Item aer, quam aer, quo tenuior, eo commutabilior, non tamen ideo aqua quam aer quo eſt tenuior eo commutabilior, nam alioqui ignis eſſet tranſmutabilior aere & vapor opii citius caleſieret pipere, quod non eſt dicendum.

2. Ad 2. rationem: Nonnulli in medium afferunt Ariſtotelem, Galenum, Auicenam vocantes elementa ſimpliciter talia, verbi gratia, ignem calidum & ſiccum, aerem calidum & humidum, &c. Reſpondendum eſt, id verum quidem eſſe ſecundum Philoſophos; nõ tamen ſecundum Medicos, qui ſunt artifices ſenſuales, res ſcilicet per ſenſum iudicantes, ſic Gal. 1. *de loc. affec. cap.* 2. aſſerit quemcunque receſſum à moderato eſſe morbum, philoſophice, ſcilicet, loquendo, cum tamen apud ipſum *lib. de differentiis morb.* & *alibi* ſæpe ſolus ille affectus dicatur morboſus, qui potens eſt lędere ſenſibiliter operationes, eodem et modo Philoſophi aſſerunt, aerem eſſe humidiorem aqua, cum tamen oppoſitum à Medicis ſtatuatur, vt in *initio huius capitis* dictum manet.

Quæ-

QVÆSTIO II.

Qualis aer eligi debeat ad vitam hominis conſeruandam.

ANTE quam quæſito reſpondeamus, aduertendum eſt, rectiſſime illud dictum eſſe ab autore *lib. de flatibus*, ſpiritum ſcilicet, hoc eſt, aerem, mortalibus vitæ eſſe autorem, eo quod eius tanta extat neceſſitas, vt eo priuatum animans, nec momento quidem temporis durare poſſit, ob hanc cauſam Arabum princeps Auicenna *fen. 2. 1. d. 2. cap. 2.* aerem noſtrorum corporum ac ſpirituum alimentum eſſe, id eſt, materiam & veluti pabulum appoſitiſſime dixit: cum enim vita noſtra ſpirituum in nobis, & copia, & commoderatione conſtet (quæ quidem eſt concors tum Philoſophorum, tum Medicorum omnium ſententia) ſpiritus autem ipſi alimentũ ab aere, per inſpirationem attracto capiant, vt teſtatur Gal. *lib. de vtilitate reſp.* conſequens profecto eſt, vt aeris magna ſit mortalibus cunctis, tum ſanis, tum ægris ratio habenda; vt ſine quo nec in ſecundà, nec in aduerſa valetudine degere, vel momento poſſimus, quod confirmat noſter Galen. dicens 9. *Meth.* ſine ambien-

biente nos aere, nec morbum tolli vllum poſ-
ſe, nec ſanitatem conſtare.

Qualis aer eligendus.

Aer igitur, qui omnes ex æquo tempera-
mentis vſui futurus eſt, iuxta ſententiam Gal.
1. de ſanit. ſaluberrimus debet eſſe, talis autem
erit ille, *qui tota ſua ſubſtantia, & eſſentia purus, ni-
tidus, tenuis, patens & liber eſt, nulliſque inquina-
mentis obſitus, & nulla putredine affectus, quique
leuibus & ſuauiter ſpirantibus ventis difflatus modi-
te agitetur, & ſerenitate multa redundans ſpiritus
noſtros recreet, atq; reficiat:* Cum enim eorum,
quæ extrinſecus homini occurſant, vnum id
ſit, quod ſeparari à nobis nullo prorſus pacto
poteſt, quodq; nobis perpetuo veluti cogna-
tum adhæret, *aer,* ſcilicet, *nos ambiens,* vt teſta-
tur Galen. *lib. citato,* reſtat, talem ſemper ad vi-
tæ tutelam eligamus, qualem modo memora-
uimus: huic vero contrarius erit omnino fu-
giendus, tanquam noxius vitæ humanæ; om-
ni enim ætati, & omni denique animantium
generi eſt inutilis; quare fugiendus.

Præterea etiam in quatuor primis qualitati-
bus debet aer eſſe temperatus, vt vita homi-
nis optime conſeruetur, non enim debet eſſe
ita calidus, vt ſudemus propter æſtum; nec i-
ta frigidus, vt horreamus propter frigus, quæ
quidem omnia animaduertens luculentiſſi-
mus rerum ruſticarum ſcriptor, idemq; do-
ctiſsimus autor Columella de Catonis, atque
Var-

Varronis ſentētia in *libellis de re ruſtica* in emēdo agro ſalubritatem cœli eſſe imprimis ſpectandam cenſuit, nam (vt ait) *in inſalubri agro dominus ad fructus peruenire non poteſt, niſi cum maximo vitæ diſcrimine: debet ergo aer vtilis ad vitam hominis conſeruandam in mediocritate quadam conſiſtere.*

Aduertendum tamen eſt, *ſupra* dictum ſolum eſſe intelligendum collatione facta ad hominem temperatum; nam cum varia ſint hominum temperamenta, aer non habebit ſe eodem modo ad omnia, ſed pro alio, atque alio hominum temperamento hic aut ille expetendus erit, vt optime aduertit Galenus *primo de ſanit. citato.* Et ſic corporibus, quæ optimo temperamento ſunt prædita, optimus etiam ac exquiſite temperatus aer ſaluberrimus erit; in quibus vero vna aliqua qualitas excedit, his vtiliſsimus aer erit, qui ei qualitati maxime eſt aduerſus; verbi gratia, frigidus aer calidæ complexioni, calidus frigidæ, & de cæteris iuxta ea, quæ tradidit Gal. *lib. art. med.* c. 85.

Secundo aduertendum eſt, quod cum difficile ſit aerem perpetuo variis hominum temperamentis, naturiſque conuenientem inuenire, arte ſuppleatur, quod nobis naturæ beneficio denegatum eſt, vt ſi regendo corpori calido frigido aere eguerimus, nec talis vel

regio-

regionis,vel ſitus ædium culpa fuerit, præparare ipſum ad frigidum licebit aquę ductuum procuratione,aut aquæ multæ in ędibus ſparſione, florum & plantarum refrigerantium vſu, denique patentium ad Septentrionem liminum apertione, quo inde ſpirans aura ædes perfrigeret: ſic contra,ſi calido aere eguerimus multo accenſo ex lignis valentibus igne,talem parare licebit, ſtipatis vndique ædium meatibus,quo frigus ingredi prohibeatur,vel quocunque alio artificio, quod optime Germani,&qui Septentrionalem plagam incolunt ad hyemis vim, rigoremque temperandum facere norunt: id ipſum obſeruari oportet in aliis qualitatibus excedentib. ſemper contraria adhibendo.

Quid aer in nobis efficiat calidus.

His ſic animaduerſis,quid in nobis efficiat aer calidus,frigidus,humidus & ſiccus, reſtat explicarę. Ad quod quidem reſpondendum eſt,quod aer calidus corpora noſtra calidiora reddit,humores diſſoluit,liquat, & attenuat, vires etiam deiicit, ſi immodica fuerit eius caliditas,vt videre eſt in æſtate;vitam inſuper breuem efficit, & ob eam cauſam voluit Ariſtoteles Aethiopes,& qui Lybiam ſole exuſtā incolunt,breuis eſſe vitæ,eo,quod nimio ſolis ardore natiuus eorum calor breui diſſipetur, citoque ſenium accedat, ſiccatis eorum corporibus: parit inſuper calidus aer ſudorem,

æſtu-

æſtuque vrinam minuit, ſitim infert, denique coctionem & vegetatiuæ virtutis munia debilitat.

Frigidus vero aer contra corpora refrigerat, denſat, aſtringit, vt apparet hyeme, coctionem caloris intro repercuſſu valẽtiorem facit, ob quam cauſam *ventres hyeme & vere calidiſſimi ſunt*, 1. *Aph.* 15. deinde vrinam proritat ob duplicem cauſam. 1. quia corporis ſucci in ſudorem minime vertuntur. 2. & præcipua, quia cogendo & arctando, quaſi humores detrudit inſtar ſpongiæ aqua perfuſæ & manibus compreſſæ, quæ duæ cauſæ ceſſant tempore æſtiuo. Ad hæc robuſtiora & bene colorata corpora reddit, quod Gallorũ, Germanorumque corpora plena fide teſtantur. *Quid frigidus.*

Humidus autem aer cutim mollit lenitq; plurimum, & corpus humectat, excrementiſque obnoxium reddit, ac proinde putredini, ſiquidem humiditas mater aſſeritur putredinis; pigrum etiam efficit corpus, delatis videlicet, in articulos humoribus multis, torpidos deinde & ingenio tardos efficere homines ſolet. *Humidus.*

Siccus denique aer omnem corporis habitum ſiccat, excrementa minuit, agilia & bene mobilia corpora facit, ingenii & ſenſuum claritatem infert, atque etiam optimum iudicium, ob quam cauſam melancholici *Siccus.*

dicun-

dicuntur prudentiſsimi, nam (vt inquit Heraclitus relatus à Galeno *libro, quod animi mores*) *ſplendor ſiccus, mens prudentiſsima.*

QVÆSTIO III.

Quo pacto reſiſtatur aeri intemperato.

QVÆSITO ſequens ſatisfacit concluſio: aeri intemperato eo modo ſubueniendum eſt, quo intemperamento morboſo: quemadmodum ergo morboſo intemperamento (vt colligitur ex Valeſio 8. *controuerſ. cap.* 4. & ex inſigni præceptore Thom. Rod. *lib. art. med. pag.* 221.) ſubuenimus, non per multa, quorum vnumquodq; æquam vim habeat mutandi, trahendique corpus in aduerſum; ſed vel per vnum ea vehementia pollens, vel per multa debilia, remiſſaque, ex quibus coaleſcat par cum morbo vis, ſic etiam aeri intemperato ſubueniendum eſt, vel ſcilicet adhibitione vnius ex quinque prædictis æquatæ contrarietatis, vel adhibitione multorum remiſſorum, ex quibus iunctim vnum conficiatur æque potens cum aere. Suadetur hæc concluſio autoritate Gal. 9. *Method. cap.* 14. vbi ait, aeris intemperiem morboſi intẽperamenti rationem ſubire: Ergo ſicut ſuccurrimus morboſo intemperamento, ita & aeris

aeris intemperamento. Ratio idipſum oſtendit, quia quando Medicus reſiſtit vtrique intemperamento, tam aeris, quam morboſo, intendit auferre intemperamentum præexiſtens, ablatio autem eius per corruptionem mollitur; Ergo cum corruptiones fiant à contrariis (vt conſtat ex ſententia omnium tam Philoſophorum, quam Medicorum) relinquitur, aeri intemperato reſiſtendum eſſe, vel ſcilicet per vnum ex quinque rebus non naturalibus ſimilem habens oppoſitionem, vel per multa debilia ſimilem efficientia.

Et ſi aliquis petat, per quodnam iſtorum poſſimus melius aeri intemperato ſubueni re: reſpondendum eſt, quod in aeris intemperamento, cuius eſt lenis & moroſa admodum alteratio, non confert vnius intenſi, & æquata contrarietate pollentis adhibitio (natura enim non fert repentinas mutationes, quæ ex æquatis imminent contrariis.) Sed multorum imbecillium per dies multos, frequenter repetitus acceſſus, quo euadat conſeruatio potens, & tuta ſimul, nam ſi aeri æſtiuo coneris obuiare per ſolum aquæ niualis potum, non ſine periculo importune corpus refrigerabis. Quemadmodum igitur in diuturnis & lentis affectionibus longo tempore per varia auxilia paratur ęquata illa, quę ſanitatem perficit, oppoſitio; breuibus vero & acutis con-

C tra-

trarium illud non ſenſim, & per partes, ſed vniuerſim ſemel applicatur, iuxta illud Hip. 1. *Aph. 6. extremis morbis, &c.* ita aeris intemperamento, cuius eſt lenis & moroſa alteratio, præſtat per quinq; leniter aduerſa repugnare, vt ſic iuncta conficiant remedium æque potens, contrariam aeris offenſam prohibiturum in quem ſenſum Galen. *1. Epide ſect. 2. comm.* 7. docet, aeri frigeſcenti obuiam eundum eſſe per exercitia calida, alimentum excalefaciens, & reliqua neceſſaria ex ratione calida.

QVÆSTIO IV.

Vtrum ſpiritus noſtri corporis aere nutriantur.

Partium negantium rationes.

DVÆ de hac re inueniuntur opiniones, prior eſt Ariſtotelis, opinantis, aere quidem nec ali ſpiritus, nec quicquam omnino aliud poſſe. *Lib.* enim *de ſenſu & ſenſib.* id indicare videtur Pythagoreos quoſdam arguens, qui animalia quædam odoribus ali, aſſeuerabant. Confirmat autem Ariſtoteles ſuas partes his rationibus. *Prima, Ea, quæ aluntur, non ſunt ſimplicia; ergo cibus alens non erit etiam ſimplex, ſed compoſitus: ſed aer eſt ſimplex; Ergo non poterit alere ſpiritus noſtri corporis.* Probatur prior conſequentia, quia nutritio fit ex ſimili. *Secundo,*

Non

Non eſt maior ratio, quare corpus nutriatur aere, quam aqua; ſed ab aqua non nutritur; Ergo nec etiam aere nutrietur. Probatur maior: quia aqua magis habet corporeitatis, quam aer: conſequentia eſt bona, minor vero ſuadetur, quia aqua non nutrit. *4. de vſu par. 5.*

Poſterior opinio, quæ verior & probabilior videtur, eſt Hip. & Gal. qui aſſerunt, aere ſpiritus ali & deficientes ſeu deperditos inſtaurari; colligitur hæc ſentẽtia imprimis ex Hip. *lib. de alimentis iuxta finem*, vbi aere ſpiritus ali conceptis verbis expreſſit: *quicunque (* inquit*) veloci appoſitione opus habent, his humidum ad reficiendas vires remedium optimum: quicunque vero adhuc velociori indigent per olfactum, principium namque alimenti ſpiritus, nares, os, guttur pulmo, & reliqua reſpiratio ſunt*; quæ verba manifeſte ſignificant, aere per inſpirationem attracto citiſſime ſpiritus ali, & alimenti eorum principium nares, os, guttur, & pulmones eſſe, eo, quod his inſtrumentis aerem futurum ſpiritui alimentum intro ſumamus. Hanc Hipp. mentem interpretatus Galenus, ſic *libro de vtilitate reſpirationis cap. 5.* de hac ipſa re ſcriptum reliquit: *neceſſarium*, inquit, *eſt ex inſpiratione per nares potiſſimam alimenti partem animali ſpiritui accedere, atque hoc eſt*, ſubdit, *quod ab Hippoc. dicitur principium alimenti ſpiritus, os, guttur, &c.* Eadem ſententia habe- *Affirmantium.*

tur *lib. de vſu pulſ.* vbi reſpirationis duplicem eſſe vſum de Hip. ſententia confirmat Gal. alter, qui præcipuus eſt, ipſius ſcilicet, inſiti caloris cuſtodia, alter animalis ſpiritus nutritio; Eadem etiam habetur *lib. 1. de difficili reſp. quin & 7. lib. de vſu partium cap. 8. & 9.* aerem ſpiritus eſſe alimentum conceptis verbis pronuntiauit, oſtendens, & quonam pacto ad alimoniã ſpiritus aer attemperetur, & qua in parte ea aeris attemperatio fiat. Idem viſus eſt dicere Galen. *2. Aph. comm.* 11. vbi ex Hip. mente *lib. de aliment.* aere ali ſpiritus confirmauit, dum qui citiſſima adiectione indigent per odoratum, celerrime refici eſt teſtatus. Hanc eandem ſententiam tenet Auic. *vnd. tertii tract. 2. c.* 8. vbi ſyncopis curationem tractans, odoribus bonis nutriri in primis ſpiritum oportere docet.

Ratione deinde oſtenditur eadem ſententia: *Id, quod reſolutioni & vacuationi expoſitum eſt, impleri & refici indiget, ne omnino deficiat* (ob id enim alimento egere nos, teſtatur vbique Galen. quod effluat & euacuetur noſtra omnis ſubſtantia, à qua ſi nihil omnino decederet, alimento quidem vllo non indigeret) *ſed ſpiritus ſunt expoſiti vacuationi & diſſolutioni*, vt quotidie videmus in nimiis vigiliis, laboribus, dolore, mœſtitia, & in morbis grauiſſimis animi deliquia & ſpirituum defectiones afferentibus:

bus: *Ergo ſpiritus egebunt alimento ad eorum reſtaurationem*: commodiſſimum autem illis ob naturarum ſimilitudinem aer eſt. Ergo aere puro & ſalubri exhalationeque odorata probe ſpiritus reficientur.

Nec obſtat prædictæ ſententiæ autoritas Gal.*lib.de maras.cap.20.* vbi & paſſim alibi definit vitam per nutritionem; vnde videtur ſpiritus aere non poſſe nutriri, ſiquidem nō ſunt viuentes. Nam dico, nutritionem à Galeno per metaphoram dici de ſpiritibus, ſicut de aliis inanimatis, vt de pilis & vnguibus *lib. artis med.cap.15.* item de ſemine *1. de ſemine ca.6.* item de ſanguine arteriali *6. de vſu part.17.* & de calore innato *3. de temp.* denique de ſucco imbibito in ventriculo *7.Meth.12.*

Non obſtat *ſecundo* autoritas eiuſdem Galeni *7. de vſu part.8.* vbi habet, animalem ſpiritum ali ex vitali, Ergo non aere. Dico, ex vitali ali partialiter, non vero totaliter.

Non obſtat *tertio* quod *lib. de ſenſu cap.5.* negat Ariſtoteles, odores alere; intelligit enim per odorem, intentionalem qualitatem, non vero vaporem.

Non obſtat *quarto* ratio Ariſtotelis *ſupra* allata de ſimplicitate aeris; nam dicendum eſt, aerem, quem attrahimus, non eſſe vere ſimplicem, ſed aliquo pacto mixtum: nam vt recte Galenus *1. de elementis*, & *1. ſimpl.* aſtruxit,

ea elementa, quæ ſenſibus noſtris conſpicua ſunt, pura, impermixtaque *vere* non ſunt, in quam etiam ſententiam videtur inclinare Ariſt. 1. *de generatione cap. 3.*

Non obſtat *vltimo* ſecunda ratio *ſupra* allata de aqua, quæ magis videtur nutrire, quam aer, cum tamen oppoſitum conſtet ex Galen. Nam dico, quod licet aqua habeat magis corporeitatis, quam aer, tamen non propterea debet nutrire, ſicut aer, nam licet id, quod nutrit, oporteat eſſe corporeum; nihilominus, non ex eo, quod eſt corporeum, nutrit, ſed quod habet ſimilitudinem & familiaritatem cum nutrito: *Cum ergo aer ſit corporeus & cum ſpiritu ſubſtantiæ ſimilitudine cognationem multã habeat, faciliméque alterationem ſubeat, manifeſte relinquitur eum alere poſſe ſpiritum; aqua vero licet ſit corporea, tamen nullam ſimilitudinem habet cum corpore alendo, ideoque corporis nutritioni non inſeruit,* ſed ſolum diſtributioni alimenti, iuxta ſententiam Galen. 4. *de vſu part. cap. 5.* vbi appellat aquam vehiculum alimenti.

QVÆSTIO V.

Vtrum aer perpetuò ſiccet corpora noſtra.

PRo huius quæſtionis intelligentia aduertendum eſt, aeris magnam eſſe vim & poten-

tentiam in alterando. Colligitur hoc imprimis, quia cum reliqua omnia per interualla operentur, aer continuo agit. *Secundo* non manet in corpore inſtar alimenti patiens, & refractus, ſed perpetuo accedit nouus. *Tertio* & intro per reſpirationem à corde rapitur, & extrorſum per vniuerſam cutem ab arteriarum diſtentione. *Quarto* aer non ſolum agit in noſtrum corpus, ſed in alimenta, potusq; ea alterando, ſibiq; attemperando & eorum interuẽtu corpus noſtrum. *Quinto* & vltimo, non tantum qualitate alterat, ſed & materia, ſubſtantiaq; ſpiritus alit, ac perinde vtriuſq; cauſæ rationem in agendo ſubit, efficientis, ſcil. & materialis. Cum ergo aer magnam vim habeat & potentiam in alterando, vt ex dictis conſtat, videndum nobis eſt, vtrum perpetuo ſiccet corpora noſtra, an vero aliquando humectet.

Nonnulli exiſtimant, aerem perpetuo ſiccare corpora noſtra: confirmant autem ſuas partes ſequentib. authoritatibus, quarum prima eſt Gal. *1. Epid. tex.* 8. vbi aſſerit, ex eo nobis famem ſuccedere, quia à corpore & à cute noſtra perpetuo diſſipatur aliquid; addit autem eam diſſolutionẽ alibi eſſe in ſereno ſtatu plurimam, in humida conſtitutione paucam, idẽ etiam habetur *1. de cauſ. ſymp.* 7. & *2. de temp. cap.* 5. In eadem ſententia eſt Auic. 1. *1. de compl. cap. vlt.* vbi expreſſe aſſerit, aerem ideo mor- *Rationes affirmantium.*

tis cauſam eſſe,quia ſiccat.2.autem *1.d. 2.ca.3.* inquit, aerem in omni ſua conſtitutione vi à Sole,& ſyderibus deflexa exſiccare nos.

Negãtium, Alii vero (quorum ſententia verior & experientiæ conſonantior videtur) exiſtimant, aerem non ſemper ſiccare, ſed aliquando humectare: in qua ſententia videtur eſſe Galen. multis in locis,nam 2.*Criſ.ca.*3. ait, aerem condiſponere temperamento ſuo corpora noſtra,& eo fieri,vt per æſtatem augeatur in corpore bilis,corpore ex aeris commercio excalfacto & exſiccato, contra vero, per hyemem pituita, refrigerato pariter & humectato ſupra autumnum; Eadem ſententia habetur *1. de ſani.tuen.cap. 3.* tradens enim Gal. cauſam, ob quam ſeneſcimus & perimus,*propterea*,ait, *quod aer varie immutat ſanitatus noſtræ ſtatum, modo quidem ſiccans,modo humectans,& ſimiliter in actiuis efficiens*; Hanc eandem ſententiam amplectitur Hip. *3.Aph.*5. vbi auſtrini flatus opera recenſet,ſcilicet auditum hebetare, oculis caliginem,capiti grauedinem inducere, quæ omnia citra humiditatis augmentum fieri non poſſunt, vt Gal. *in commento* dilucide exponit.

Deinde rationibus ſuaderi poteſt prædicta ſententia. *Prima* (quæ quidem ex philoſophia deſumitur) *omne magis humidum applicitum minus humido humectat*: (ſi paſſum humoris ſit capax)

pax) *ſed aer pluuius eſt humidiſſimus, homo autem minus humidus, nec humoris incapax: ergo agente aere, humeſcat homo neceſſe eſt.*

Secundo pluuia ſuo leni tempore humores fundit per corpus, quo beneficio humectat, deinde meatus, per quos fit diſſolutio, obſtruit, quo magis emollit, denique dum incraſſat aerem, reddit eum quieſcentem, non mobilem, atque ita maxime laxat, non poteſt autem laxare, niſi humectando; Ergo &c.

Tertio pluuius aer adeo auget humores in corpore, vt ſcripſerit Gal.3. Aph. 15. per id tempus egere corpus abundantiori exercitio & purgatione, cauſa eſt, quia per ſiccitatem, omnes humiditates reſoluuntur, per humidum vero tempus, omnes humiditates in corpore putreſiunt, & ideo tunc temporis purgatione indiget corpus.

Vltimo, idem Gal. 1. *Epid. ſect.* 2. *comm.* 7. inquit, pluuium aerem non ſolum non demere à corpore aliquid, imo vero adiicere. Ex his omnibus aperte conſtat, aerem non ſemper ſiccare, ſed aliquando humectare.

Iuxta quam ſententiam ad autoritates pro parte oppoſita adductas, non erit difficile reſpondere. Ad primam dicimus, quod aliud ſit quærere, vtrum à corpore ſemper aliquid digeratur, quod quidem verum eſt, & inſinuat Galen. *locis ſupra citatis*: aliud vero, vtrum aer perpetuo inaniat & ſiccet, quod falſum eſt, vt *ſupra* probauimus, igitur actione ignis interni *Reſponſiones ad argumenta affirmantium.*

C 5 cor-

corpus in dies redditur ſiccius,& in perpetuo fluore eſt, qui tamen fluor humidi aeris ope retinetur minuiturque, ſicut per æſtum promouetur & augeſcit.

Ad *ſecundum* Auic. reſpondendum eſt, eum ſic eſſe intelligendum, quaſi voluerit, aerem perpetuo in ſe habere aliquid ſiccans, non quod perpetuo id præponderet, & natiuæ ſuę humiditati, & ei, quæ cõmercio aquæ, vel vaporum aeri conciliatur: nam quemadmodũ vis illa luminis à cœlo deflexa (quæ non ſolum calefacit, ſed etiam ſiccat) non perpetuo reddit aerem calefacientem nos, ſed aliquando refrigerantem, ita etiam aer, non perpetuo ſiccabit, ſed aliquando humectabit, nil impediente vi luminis excalfaciente & arefaciente. Dicendum eſt ergo, *aerem pro varia ſui conſtitutione ſiccare, aut humectare nos, ſæpius autem ſiccare, & vi illa ſyderum, & motu flatus noſtros diſſipante, & deniq; ventorum commercio exſiccantium.*

Problemata I. Reſtat vltimo in hoc capite, vt de aere nonnulla problemata ſoluamus; primum eſt, *quomodo aer præſtat cordi & arteriis refrigerii ſubſidium ſi plurimum reſoluit.* Dicendum eſt, duplici de cauſa id fieri, tam quia perpetuo refrigerat collatione facta ad duo illa calidiſſima, ſ. cor & arterias, tum quia mobilitate ſua & ventilatione, dum flammam abigit, ne quieſcat, conſeruat.

Secun-

Secundo quomodo aer frigidus puſtulas pernionum excitet. Dico id fieri, prohibitæ tranſpirationis interuentu; nam frigiditas aeris cõdenſat cutim, ac proinde retinet vaporem exhalantem, qui cum aliquid ignis habeat detentus vrit partes internas, efficitque puſtulas illas, quas perniones vocamus: eodem etiam modo in aceruo tritici triticum deurit. 2.

Tertium, vnde horreat aeri verno expoſitus, nudatusq; ſi verum eſt aerem vernum conſeruare ſalubris corporis temperamẽtum. Dico ob duplicem cauſam id contingere. 1. quia pars veſte contecta rareſcit, & ſic aeri facilior patet ingreſſus, cumq; per eam accedat aer ad carnes, quandoq; etiam ad viſcera infrigidat & horrorem infert, quamuis autem aer vernus ſit ſimilis cuti, in temperamento, tamen frigidior eſt carne, ideoq; eam infrigidat. *Secunda* cauſa eſt, diſſuetudo; ſicut enim in vulnere cerebrũ penetrante aer æſtiuus calidior ipſum refrigerat ob diſſuetudinẽ, ita etiam, licet aer vernus ſit temperatus, tamẽ ſi aliquis denudetur, ab eo certe infrigidabitur ob diſſuetudinem. 3.

Quartum, quare aer ab arteriis expellatur in venas. Dico, ad ventilandum in venis ſanguinẽ, arteriæ enim per dilatationem aerẽ trahunt, & à venis, venalem ſanguinem in arterialis nutrimentum, quæ eſt cauſa fortaſſis, ob quã natura venas arteriis connexuit per contra- 4.

ctionem

ctionem vero aerem in venas pellunt, ad venalis ſanguinis refrigerium.

5. *Quintum, aer cur prius coquatur in pulmone ante cor?* Dico, ne frigus accederet cordi membro calidiſſimo & principaliſſimo, minimamque læſionem ferenti: ſic etiam alimentum decuit prius in ventriculo coqui, membro frigidiori ante hepar. Et ſi dicas, pulmonem ex frigidi aeris occurſu poſſe lædi, maximamque inde læſionem percipere, cum ſit natura ſua frigidior corde: Reſpondeo, multis naturam compẽſaſſe id damnum, quod in totum prohibere non potuit, ſiquidem decebat aerem præcoqui in pulmone ante cor. nam & aerem pulmo, non ſtatim in poros ſuos recipit, ſed in arterioſas inanitates natura ſua præcalidas, deinde per longa interualla illum trahit, deniq; inſigni magnitudine à frigidi offendentis occurſu ſeruetur.

6. *Sextum cur aereum excrementum nullum ſit, ſiquidem terreum bis in corpore ſeparatur, in ventriculo, ſcilicet ſecedens in inteſtinorum fæcem, in hepate vero in melancholiam, igneum autem ſemel bilis flauæ forma, aqueum ſemel quod vrinam appellamus.* Dico quod cum nutritio ſit reparatio abſumpti, & abſumptum magna ex parte aereum, hinc eſt, quod aerea alimenti portio, ſeu vtilis ſeruatur, non excernitur, at vero ignea & aquea ſemel purgantur, quia ex abundanti a-

qua

qua periculum imminebat extinctionis natiui caloris, ex ignis vero exceſſu marceſcenti eiuſdem moderati caloris, per humidi diſſipationem, terreum vero exactius illis decebat expurgari: nam cum animalium corpora fiſtuloſa ſint, & vndique canalibus perforata, & morborum occaſio frequentiſſima ſit obſtructio, hanc craſſities ſanguinis ex terræ copia efficere ſolet, oportuit igitur terreum excrementum, non à ſolido tantum alimento in ventriculo ſecerni, ſed etiam à ſucco in hepate.

Cap. III.
De Cibo.

CVm omnis animantium natura infirmis principiis prædita diſſolutioni & inanitioni & denique interitui ſit obnoxia, perpetuoque non ſolum ſubſtantia noſtra minuatur, verum etiam vires deficere ſentiamus, merito huic defectioni prouida natura alimentum ceu præſens quoddam inanitioni remedium dedit, vt quod continuo effluxu diſſolutum à nobis eſſet, id alimentorum ope, atque præſidio (ne cito deficeret animans) reſarciri, inſtaurarique quod inanitione perierat, commode poſſit.

Cum ergo ſine ciborum ope, nec in ſecunda,

da, nec in aduerſa valetudine viuere poſſimus (vt 1. *de alim. facult.* affirmat Gal.) non erit abs re, de omni alimentorum ratione, *hoc cap.* diſſerere, hoc prius admonito, nos in præſenti, de victu ſolum agere ſanorum, non vero ægrotorum.

De quo victu hic agatur.

Quinque hoc capite ſunt à nobis diſcutienda, primum eſt, quid ſit alimentum.

Secundum vtrum cibus ad nutriendum pertranſeat omnes coctiones. *Tertium* à quibus ſumantur alimenta, ſeu quot ſint eorum genera. *Quarto* de delectu alimentorum agemus. *Vltimo*, num cœna debeat eſſe maior prandio, an è contra, determinabimus.

QVÆSTIO I.

Quid ſit alimentum.

ALIMENTVM ſic definitur à Gal. *1. ſimp. ca.* 1. & *1. de naturalibus facult. vnde eſt id, quod nutrit, quodque ſubſtantiam noſtri corporis augere conſeruareque poteſt.* Hoc autem triplex eſſe in vniuerſum voluit Hip. *lib. 1. de alimento*, & Gal. 1. *de natur. facul. citato.*

Nutrimentum quid & quotuplex.

Primum, quod iam actu nutrit, id eſt, quod actu reparat & reſtituit reſolutum, id eſt, quod iam aſſimilatur.

Secundum, quod eſt *quaſi* alimentum, videlicet, id quod vnitur.

Ter-

Tertium quod eſt futurum alimentum, appellatur omne id, quod vel in venis, vel in vẽtriculo contentum (vbi coctionem adeptum fuerit) nutrire poteſt, quod optime explicauit Galenus *lib. de alimento citato.*

Circa traditam autem definitionem illa quæſtio diſputanda venit, *alteret ne alimentum corpus noſtrum, an potius ſine alteratione conſeruet.* Et in primis, quod alimentum immutet corpus, colligitur expreſſe ex Galen. 3. *ſimpl. cap. 2.* quo loco eorum refellit ſententiam, qui nutrimentum eſſe nomen victi affirmabant, ac proinde carnem immutare nõ poſſe, dicens, quod quãuis corpus, quod alitur, nutrimentum vincat, nutrimentum vero à calore ipſius corporis vincatur, & mutetur, tamen viciſſim etiam alimentũ corpus quod vincit, aliquid agit: conſtat enim, *omnia etiam ſi multo iis, quibus occurrunt, fortiora ſint, aliquid tamen ſenſibiliter pati,* id quod exemplis oſtendit Galenus. Nam ferrum, quod acutiſſimum eſt, & ad ſecandũ idoneum, tamen cum carnem etiam molliſſimam ſecat, obtunditur, quod certe non accideret, niſi viciſſim aliquid à carne ferrum pateretur: duriſſimus præterea lapis ab aquæ gutta, quæ in eum diu deſtillauit, excauatur, vnde verſiculus.

Mollior aſsiduis ſaxum cauat ictibus vnda.

An alimentum alteret nec ne.

His tamen nõ obſtantibus, ad quæſtionem reſpon-

reſpondendum eſt cum Galen.1.*ſimpl.cap.*1.& 3.*ſimpl.cap.*2.& 1.*de naturalibus facul. vnd.* vbi alimentum ſine alteratione corporis noſtri ſubſtantiam augere, conſeruareque docet. Quæ ſententia rurſus confirmari poteſt, quia vt conſtat ex eodem Galen.3.*de naturalibus facult.* alimentum eſt id, *quod à natura noſtra vincitur, alteraturque*: Igitur ſi vincitur & alteratur, non poterit corpus noſtrum vincere, alterare & mutare. *Secundo* in eo diſtinguitur alimentum à medicamento, quod hoc corpus noſtrum alterat calefaciendo, refrigerando, aut aliter immutando, illud vero minime, huius autem diſtinctionis meminit Galen. 1.*ſimpl. cap.*1.

Tertio quia id, *quod ſimile eſt, non poteſt alterare. Alimentum eſt ſimile ſubſtantiæ noſtræ: Ergo*: Maior conceditur ab omnibus Philoſophis & Medicis; *ſimile enim non agit in ſimile*, conſequẽtia eſt bona: minor vero colligitur ex Galen. *lib. de cibis boni & mali ſucci*, vbi inter alimenta, illud præſtantius eſſe, & laudabilius affirmat, quod corpori magis aſſimilatur, à ſimili enim fit nutritio.

Pro Gal. autem in oppoſitum adducti plena & vera intelligentia, aduertendum eſt, ex alimentis quædam eſſe, quæ alendi tantum corporis poteſtatem habent, non vero alterandi, & hæc proprie dicuntur alimenta; alia

non ſolum corpus alere, ſed & alendo alterare ad vnam quampiam qualitatem poſſunt, corpus, aut calefacientia, aut refrigerantia, humectantia, aut exſiccantia; verbi gratia, zinziber,& piper, cæteraq; aromata & alunt & calefaciunt; lactuca & ſimilia olera refrigerant & humectant: ſalſa, & acria edulia exſiccant: hæc autem omnia dicuntur alimenta medicamentoſa; alimenta quidem, quatenus augere noſtri corporis ſubſtantiam familiaritate ſua poſſunt: medicamentoſa vero, quatenus alterare inſtar medicamentorum queunt.

His ſic animaduerſis, cum ex alimentis quædam ſint ſimpliciter talia, quædam vero cum addito medicamentoſa, dicendum eſt, ea proprie dici alimenta, *quæ medii ſunt temperamenti nullaq; vincenti qualitate prædita, quæ alterare poſſint*, ac proinde Galen. non de iis particulariter, ſed in genere locutum fuiſſe. Vel poſſumus dicere, *omne alimentum aliquid in corpus agere, cæterum in pure alimentis, id adeo exiguum eſſe, vt non percipiatur à nobis*, & hæc erit fortaſſe ratio, ob quam Gal. 1. *ſimpl. citato*, eam facit differentiam, inter alimenta & medicamenta, quod licet vtrumque corpus immutet, tamen medicamentum ſenſibiliter id facit, quod non ſimiliter reperitur in pure alimento, cũ ſine ſenſibili alteratione corporis noſtri ſub-

Alimenta duplicia

Proprie alimenta quæ.

ſtantiam augeat, conſeruetque, vt ex Galeno *locis ſupracitatis* colligitur.

QVÆSTIO II.

Vtrum cibus ad nutriendum pertranſeat omnes coctiones.

Coctiones quot. Opinio Auicennæ.

AD queſtionem patebit reſponſio, ſi prius coctionum numerum manifeſtum fecerimus. Tres ergo de numero coctionum inueniuntur opiniones; nam Auic. *1. 1. d.* 4. *2.* ſecutus manifeſtum membrorum coquentium diſcrimen quatuor recenſet, quarum primam ventriculo, ſecundam iecinori, tertiam vaſis, vltimam membris omnibus tribuit.

Actuarii.

Secunda opinio eſt Actuarii, qui quidem in numero cum Auic. *1. de different. vrin.* conuenit, diſſentit vero in coctionum organis; cōſiderans enim aliquanto artificioſius in hepatis cauo venæ portæ truncum in plurimas meſarei venas propagatum, nec cohærentem cum altero in hepatis gibbo, quem cauam venam appellant germinantem, & ipſum diuiſumque in vniuerſa corporis vaſa, ſecundam coctionem hepatis cauo cum vaſe portæ tribuit; tertiam gibbo cum cauæ propaginibus, ea potiſſimum ratione ductus, quod vtrobique tam ſcilicet in hepatis cauo, quam gibbo ſeparantur certa quædam & de-

& definita alimenti excrementa, tanquam è duabus, non vna alimenti elaboratione: nam iuxta portam veſica fellea, & è regione lien locata ſunt expurgandis duabus illis bilis ſpeciebus, quæ ſecunda illa ebullitione ſuccreuerunt, non longe vero à caua venæ emulgentes, in renes conuehunt vniuerſi alimenti, iam ante ab vtraque bile expurgati ſerum.

His duab. opinionibus accedit tertia Galen. verius enim diligentiuſque videtur rem expendiſſe *4. de ſanitate, vltimo & 3. de temp. ca. 1.* ad numerum ternarium, coctiones omnes redigens: prima enim fit in ventriculo. *Secunda* in iecore & venis, tam antecedentibus, quam conſequentibus ipſum hepar. *Tertia* deniq; in poris membrorum, & in primis, quod prima fiat in ventriculo, tertia in poris membrorũ, omnes concedunt, quod vero illa, quæ fit in iecore, & venis, ſit vna & eadem, probatur, nõ ſolum ex vnitate ſcopi, ſed & loci, nec non ex collatione, quæ habetur ad primã: Ex vnitate ſcopi, quia cũ in omnib. illis locis, vnius intẽdatur ſanguinis generatio, corpus alituri, cur plures credentur coctiones? quarũ vnũ opus, vna coctio eſt: Ex *vnitate v. loci* eadem oſtenditur ſententia, quia licet venæ meſeraicæ ſeiunctæ ſint à corporis venis, vna eſt & horũ, & illorũ ſpecies & ratio, nec vero hepar, ipſum *Galeni.*

ſanguinem præter vaſa conficit, tantum accedit venis, vt ſanguini perfectionem quandam tribuat, in vaſis vero magis elaboratur: multa enim animalia citra iecur ſanguificãt, cumq; loca illa forma & natura non ſeparentur, in vnam conſpirabunt omnia ſanguinis effectionem, ſecundę coctionis opificium. Ex *collatione* vero, quæ habetur ad primam, prædicta ſuadetur ſententia: nam quemadmodũ in prima coctione, alimentum etiam in ore, & gula nonnullam ad ſuccum mutationem ſuſcipit, recipit vero in ventriculo, perficitur in inteſtinis, nec proinde in plures à quopiam ſeiuncta eſt alimenti in ſuccum cõuerſio, ſed ventriculo, ceu fonti tributa, inde in citeriores, vlterioreſque partes commigrat, ſic eodẽ modo, quæ ſanguinem efficit, officinam habet, & ſedem hepar, vaſis vero & antecedentibus & conſequentibus conſenſus lege communicat, vna tamen in iis omnibus coctio eſt.

His ſic animaduerſis, quæſito ſequens ſatisfacit concluſio: *alimentum ad hoc vt nutriat, omnes tres coctiones pertranſire debet.* Suadetur hæc ſententia autoritate Galeni 3. *de temp. capit.* 1. & 1. *de naturalibus facult.* 12. Ratione vero ſic: *Id, quod nutrit, debet aſsimilari nutrito,* ex Hippocrate *libr. de alimento* (ex ſimili enim nutrimur) *ſed non poteſt ei aſſimilari, niſi pertranſeat omnes*:

mnes; *Ergo*. Minor probatur, quia aſſimilatio pendet ex perfecta alteratione alimenti, hæc autem ex abſolutis tribus coctionibus.

Nec prædictæ ſententiæ repugnat, ventriculum ali ex chylo, qui tamen non pertranſit tres coctiones: ſiquidem ſecundam, quæ fit in hepate, non attingit; quod enim ex chylo nutriatur, colligitur ex multis Galen. locis, & potiſſimum ex 3. *de naturalibus facult.* 13. & 6. *de placit.* 14. Non, inquam, repugnat: quia quando Galen. aſſerit, cibum pertranſire omnes coctiones, ſi nutriturus ſit, ſolum eſt intelligendus (vt 3. *de temp citato* ſignificauit) de nutritione carnis & totius corporis mollis, non vero de organis primæ coctionis, cuiuſmodi eſt, ventriculus: & quamuis chylo ſecunda deſit coctio, tamen refici compenſarique poteſt ſelectu chyli, quem primum ex vniuerſo alimento ſibi deligunt hæc organa puriſſimum elaboratiſſimumque. *Ventriculum nutriri ex chylo.*

QVÆSTIO III.

Quot ſint alimentorum genera.

QVÆCVNQVE alimoniam corpori præſtant, & in corporis ſubſtantiam tranſumi queunt, ea ex vno quatuor generum, quæ modo dicemus, ortum habent. Aut enim ex terræ naſcentibus, aut ex animalibus, aut ani-

malium partibus, aut tandem ex iis, quæ ab animantibus prodeunt, nec illorum partes
1. ſunt, deſumuntur. Ad priorem ordinem referuntur, quæcunque terra omnium altrix gremio ſuo continet & alit, vt radices, fructus, folia, ſemina, &c. quæ ad hominum ſalutem cōferunt, nam his omnibus ali animantium corpora commode poſſunt, vt ait Gal. 1. *de alimen. facult.* & *lib. de cibis boni & mali ſucci.* Alimenta
2. *ſecundi ordinis* in tria genera diuiduntur, ſcilicet, quadrupedū, volatilium, & natatilium, in
3. quo etiam ordine tertii generis alimenta cō-
4. prehenduntur. *Poſtremi* vero ea ſunt, quę cum partes animantium non ſint, ab animantibus tamen deriuantur & prodeunt, quo in genere, oua, lac, ſanguis, ſerum, & quæ ex lacte, caſeorum genera reponi merito debent. Hæc tot & tanta vitæ & valetudinis præſidia, largitus eſt nobis omnipotens & miſericors Deus, vt collabentis & fluxæ ſubſtantiæ noſtræ modum foueret, & vitam, quam naturæ vitio momentaneam, caducam, fluxam, & in ſingula momenta caſuram habemus, proferre alimentorum ope poſſemus.

QVÆ-

QVÆSTIO IV.

De delectu alimentorum.

CVM ratio, ob quam alimenta ſumimus, ſit, vt eorum præſidio incolumiter vitam tra̅ſigere valeamus, merito qui ſanitati ſtudet, ciborum delectus curam vel præcipuam habere debet: pro varia enim ciborum natura, non ſolum animantium corpora, & præcipue hominum, ſed & animi meliores deterioreſue fiunt, vt ampliſſime Plato *in 2. & 3. de legibus*, & Galen. *lib. quod animi mores*, docent.

Conſiſtit ergo ciborum delectus, *non ſolum in bonitate ipſorum, ſed etiam in ordine, tempore, qua̅titate, qualitate, hora, delectatione, conſuetudine, præparationis modo, & ætate*, vt pro horum omnium ratione congrue cibum, eumque quam fieri poterit, optimum deligamus. *Ciborum delectus in quo conſiſtat.*

Quod attinet ad *bonitatem*, bonus is cibus erit, qui optimi ſucci eſt, & concoctu facilis & minime excrementoſus; cum enim cibus ſit corpus noſtru̅ nutriturus, is optimus erit, qui optime nutrit, & vertitur in ſubſtantiam aliti: non poteſt autem hoc efficere, niſi optimi ſit ſucci, & coctu facilis. Cuius ſane generis, ex cerealibus eſt panis è mundiſſimo tritico probe ſubactus, modico ſale atq; ferme̅to reſperſus, molliter in clibano, ſtudioſeque coctus, *Cibus bonus qui.* *Panis.*

aliiſque conditionibus. E *quadrupedum* genere ſuilla caro ad bonos gignendos humores aptiſſima, à Gal. cenſetur. *lib. de cibis boni & mali ſucci*, eamque (ſi modo probe in ventriculo concoquatur) & probatiſſimum eſſe cibum, probatiſſimos item gignere ſuccos, aſſeuerauit. Nec huic ſententiæ deeſt ratio, *illa* n. *caro dicetur præſtantior ad nutritionē noſtri corporis, q̄ illi eſt ſimilior, ſed caro ſuilla eſt ſimilior carni humanæ reliqs omnibus, Ergo*, Minor ex diſſectione cōſtat, & omni Medicorū turba: hanc ſequitur vitulina caro, deinde arietina, &c. Ex *auium* vero genere iuuenculę gallinę, capi, puli, perdices, columbi tenelli, turdi, turtures, &c. Ex *piſcibus* ſaxatiles, pelagicos, & littorales, idem Galen. *citato* valde approbat.

Ex animalium vero partibus, iecuſcula à laudatis animalibus ſumpta improbanda non ſunt, item teſtes, & alæ probitate non carent.

Ex his denique, quæ ab animalibus proueniunt, oua & lac principatum obtinent; omnes enim Medici fere inter boni ſucci cibaria reponunt lac, dummodo à probo ſit animante deſumptum: inter lactis autem genera, caprinum à Galen. multis in locis præfertur, recens mulctum, & ſale vel ſaccharo reſperſum, ne in ventriculo coaguletur.

Ex *fructibus* præterea præſtantiſſimi ſunt, vuæ,

vuæ & ficus bene maturæ, ſic enim quidquid in ipſis flatuoſum eſt, pulchre abiicitur.

Vinum autem omnium & citiſſime & optime nutrit, eſtq; naturæ valde amicum, dummodo ſit generoſum, & temperate ſumatur, vt *infra* dicemus.

De ordine vero ſumendi cibi illa nobis occurrit controuerſia, à Medicis ſatis agitata, *debeant ne craſſa alimenta ingeri ante tenuia, an contra.* In qua quidem quæſtione, duæ inueniuntur opiniones inter ſe maxime contrariæ: *prior* tenet, oportere craſſa præire tenuia, quæ ſuadetur ſequentibus rationibus. 1. *ſi primo loco ingeratur craſſum & poſtea tenue, coctio erit æqualior & perfectior, quam vice verſa: Ergo.* Intentum probatur antecedens, quia id, quod primo loco ingeritur, continetur ſeu collocatur in ima ventriculi parte, quæ eſt calidior; quod vero ſecundo loco aſſumitur, in ſuprema, quæ eſt neruoſior, ac proinde frigidior; ſed id, quod continetur in loco calido, facilius & perfectius concoquitur (fit enim coctio à calore) ergo craſſum alimentum parti calidiori conueniet, tenue vero frigidiori, & per conſequens craſſum primo loco aſſumetur, quia tunc collocabitur in parte calidiori. *Secundo, ſi tenuia prius aſſumerentur, quam craſſa, ſequeretur, aut tenuia corrumpi in ventriculo, aut craſſa incocta deſcendere ſimul cum tenuibus: conſequens ſanitati*

Ordo cibos ſumendi.

An craſſa ſint præmittenda tenuibus.

valde nocet, Ergo & antecedens: ſequela probatur, quia tenuia in calidiori parte ſita multo citius coquuntur, quam craſſiora in frigidiori parte collocata; cum ergo tenuia cocta fuerint, aut ventriculus illa retinet, aut expellit: ſi retinet, cum iam ſint plus ſatis alterata, corrumpentur: ſi vero expellit ea, reliquorum coctionem in actione interpellabit, cogetque nihilominus deſcendere, ventriculus enim non expellit hanc partem ciborum, retentis aliis, deinde alia, vt conſtat ex Galen. 3. *de naturalibus facult.* 4. quo loco habetur, quod vbi ventriculus ſemel incipit expellere, omnia expellit, non incipit autẽ expellere, niſi poſtquam omnes cibos ad perfectionem concoxit, peracta vero coctione os aperit inferius.

His tamen non obſtantibus, poſterior opinio, quæ verior & probabilior videtur, tenẽda erit, quæ aſſerit, *leuia, tenuia, mollia, & concoctu facilia, eſſe prius iniicienda, grauia vero, dura, craſſa, & concoctu difficilia poſterius*. Confirmatur hæc ſententia imprimis autoritate Hip. *3. de ratione victus text. 22.* exemplo mulſæ & ptiſanæ, quæ eſt craſſior, ita enim habet:

Aqua mulſa à ptiſanæ ſorbitione epota vehementer replet & inflat, viſceraq; in hypochondriis lædit, ante ſorbitionem autem ſumpta, non ſolum non adeo lædit, verum etiam interdum magnifice prodeſt. Cauſam etiam refert Galen. *in comm. prædicti*

tex.

tex. quia ſcilicet oportet prius ingerere, quæ facilius concoquuntur. *Secundo* loco contraria. Eandem ſententiam ſcripſit idem Gal. 2. *de alimentorum facul. cap. vnd.* vbi ait, ex cibis poſterius quidem eſſe ſumendos eos, qui tarde permeant, difficileque concoquuntur, qualia ſunt craſſiora, prius autem eos, qui celeriter permeant, facileque concoquuntur, qualia ſunt tenuia, nam hæc diutius in ventriculo detenta facile corrumpuntur, ideoque primo loco ſunt ingerenda.

Vltra Gal. vero ſuadetur hæc eadem ſententia, ea potiſſimum ratione, quia ſi tenue alimentum poſterius aſſumeretur, ſequeretur coctionem totam vitiari, quod ſanitati valde nocet: ſequela probatur, quia cum tenue alimentum facilius concoquatur craſſo, interclusa via deſcenſus à craſſo alimento corrumpetur, corrupto autem tenui reliquum confeſtim corrumpi neceſſe eſt, & ſic tota coctio vitiabitur, quod non eſt concedendum.

Iuxta hanc ſententiam, ad primam rationẽ in oppoſitum adductam, dicendum eſt, quod licet pars inferior ventriculi ſit calidior ſuperiori, tamen non ea proportione, qua alimenta craſſa ſunt craſſiora tenuibus; quamuis ergo alimentum craſſum in inferiori parte collocetur, non ideo tamẽ facilius concoquetur tenui, quare 1. loco non erit iniiciendum ob incommoda, quæ inde ſequuntur. Ad

Reſponſiones ad argumenta eorũ, qui craſſa præmittunt.

Digitized by Google

Ad *ſecundum* reſpondendum eſt, *ventriculum expellere tenuia, primo loco ſumpta, craſſis retentis*, quia facilius concoquuntur, nec inde ſequitur craſſorum deſcenſus ſimul cum tenuibus. Si vero Galenus oppoſitum videtur docere 3. *de naturalibus facultat. citato*, tantummodo eſt intelligendus, cum ventriculus aut vnico alimento aut pluribus, ſed perquam ſimilibus plenus eſt, nec à diſſimilibus alimenti partibus diſſimiliter irritatur, tunc enim vẽtriculus retinet omnia, vſq; dum omnia concocta ſunt, vbi vero ſemel incipit expellere, omnia expellit, vt *citato* aſſerit Galenus, at vero quando diuerſi generis alimenta ingeruntur, ſcilicet quædam tenuia, alia craſſa, non inconuenit, tenue ſimul ac eſt coctum, deſcendere, craſſo manente in ventriculo.

Præterea poſſumus addere, quod licet nonnunquam contingat propter vehementem irritationem ab aliqua qualitate medicamentoſa factam deſcenſu tenuium, craſſiora quoque ad inteſtina deiici importune, tamen nõ ita graue malũ eſſet, ac ſi propter contrarium ordinem ingeſtionis, tenuiora fuiſſent, in ventriculo corrupta; nam monſtratum à Galeno eſt multis in locis, præſertim 4. *de vſu part. inteſtina eſſe inſtrumenta, non ſolum deiectionis, ſed & coctionis*, ac proinde quemadmodum ventriculus chylum elaborat, ita etiam inteſtina

ela-

elaborabunt, vnde id, quod ſemicoctum importune deſcendit, in ipſis inteſtinis coctionis recipiet complementum, aut anticipabit deiectionem citra maiorem noxam.

Nec ſibi contradicit Auic. 2.1. *d.* 2. *capit.* 7. vbi ita ſcriptum reliquit: *nutrientia præterea ordinem in ſui receptione habent, in quo ſanitatis conſeruator ſollicitus eſſe debet, ne illud, quod ſubtile eſt, & cito digeritur, poſt forte nutriens in cibo ſumat, quia cum tenue prius digeratur, quam craſſum, ſuper illud natabit, ac proinde corrumpetur*: deinde addit idem Auicenna: *talis autem non primo comedere debet cibum labilem, ita vt poſt ipſum cibum fortem & durum ſumat, quoniam deſcendet durum ad inteſtina incoctum & inconfectum.*

Non, inquam, ſibi contradicit, quia Auic. *loco citato* tantum recitauit incommoda vtriuſque ordinis, vt nos doceret vtrumque exceſſum (quoad fieri poſſet) eſſe euitandum, cauendumque ne aut *valde* tenuia primum, & *valde* craſſa deinde, aut contra aſſumerentur, ſed vt omnia eſſent aut ſimilia, aut ſaltem non valde diuerſa, ſi autem talia fuerint, profecto tenuia primum, deinde craſſa ingerenda ſunt, vt conſtat ex *ſuperius* traditis.

De tempore vero ſumendi cibum, dicendum eſt, id eſſe opportunum, cum inanitis partibus fames & appetentia nos vrget, latrantemque ſtomachum ſentimus, tunc enim 2. *Tempus ſumendi cibũ.*

enim aperte cognoſcimus, corpus alimento ad ſui nutritionem indigere. Cum ergo fames nos vrget, *mox* ſumendus cibus eſt: dixi, *mox*, quia ſi differatur, ventriculus prauis implebitur humoribus, iuxta ſententiam Auicennæ *3.1.d.2.7.* quod ſanitati valde nocet.

3. *Ciborum quantitas.* Porro *quantitas cibi* ea ſumatur, docente Galen. *7. Meth. 6.* quæ grauitatem ventriculo non inferat, *vbi enim cibus prater naturam plus ingeſtus eſt, morbum facit, oſtendit autem ſanatio 2. Apho. 17.* Eadem ſententia legitur apud Hip. 2. *Aph. 4. non ſatietas, non fames, nec aliud quidquam bonum, quod modum naturæ exceſſerit*; nunquam enim ad ſatietatem, ſæpe infra illam profuit cibum ſumpſiſſe, ſic enim melior fit concoctio, & excrementorum minus generatur in ventriculo, aliiſque coctionis inſtrumentis. Hinc celebris illa Hippocratis ſententia *6. Epidem. ſect. 4. text. 20.* dimanauit; *Sanitatis*, inquit, *ſtudium eſt, non ſatiari cibis, & ad labores impigrum eſſe*, idem videtur ſignificare Auicenna *3.1. citato*, dum docet, nos ſurgere à menſa cum reliquiis famis, cauſam addens, quia neſcimus, quantum ventriculus poſſit concoquere: frigidus enim ventriculus magis appetit, quam concoquat; calidus magis concoquit, quam appetat: at temperatus tantum appetit, quantum concoquere poteſt, *techni. capit. de ventriculo*; quia ergo neſcimus, cuius complexio.

plexionis ſit ventriculus, ideo Auicenna iubet, ſurgere à menſa cum reliquiis famis. Item, licet ſciamus, tamen omnes fere homines voluptate alimenti trahuntur, ac proinde ſatiantur: ad hoc autem euitandum præcipit Auicenna, ſurgere à menſa cum reliquiis famis. Satietatem vero vitabimus, ſi nec varia eadem menſa edulia, nec varie apparata, nec culinæ artibus gulam irritantia ſumantur, ſed ſimplici ac vnico cibo ad neceſſitatem, non ad ſatietatem contenti fuerimus: ob hanc cauſam Socrates præſtantiſſimus Philoſophus ſuadere ſolitus erat illos cibos, potuſue eſſe vitandos, qui vltra ſitim, appetentiam producunt, ſit itaque (vt Horatius & Martialis monent) *conuictus facilis & ſine arte menſa*, nam cum diuerſorum ciborum diuerſa ſit natura, efficitur, vt alii aliis celerius tardiuſue conficiantur, quod cum accidit, miram generant in ventriculo cruditatem *1. acutor. commento 18. in fine*, quod ſanitati valde nocet.

Ciborum *qualitas* pro varia aſſumentium natura, temperámento, conſuetudine, tempore, & ætate eſt ſpectanda, nam biloſis refrigerantia & humectantia conueniunt; pituitoſis calefacientia & exſiccantia, &c. *Contrarii* enim *habitus corporum ad contrarium victum bene, ſimiles ad ſimilem male ſe habent*; 4. *Ciborum qualitas.*

habent; vt teſtatur Galenus *3. Aphor. comment.3.*

Cōſuetudo. Pro varia etiam aſſumentium conſuetudine ciborum alia atque alia qualitas eligenda eſt, *conſuetudo enim eſt aſcititia quædam natura*, vt inquit Galen.8. *Meth & 2.de motu maſcul.*

Tempus. Præterea etiam tempus ciborum qualitatem pro ſui ratione immutat; alia enim vere, alia æſtate, atque autumno diuerſa ab his in hyeme edulia conueniunt.

Ætas. Nec minus ætas ciborum qualitatem immutat, non enim eadem pueris, adoleſcentibus, ſenibuſque cibaria conueniunt, ſed delicatiora pueris, adultis valentiora, & ſic de aliis.

5. *Hora ſumēdi cibum.* De hora ſumendi cibi dicendum eſt, eam eſſe congruam cum prioris cibi onere alleuati, ventriculoque exonerato confeciſſe nos priorem cibum percipimus, fameq; ad illum expetendum commouemur: *fames enim certiſſima indigentia nota eſt, & abſoluta coctionis, prius ingeſti cibi certiſſimū ſignū*; cum ergo cognouerimus, priorem coctionem abſolutam eſſe, & fames ſimul aduentauerit, tunc cibus ſumendus erit, nec ante, nec multo poſt; nam ante iniicitur crudum ſuper indigeſtum, quod ab Auicenna 3.1.*d*.2.7. & reliqua Medicorum turba valde reprobatur; cruditatem enim, obſtructionem, putredinem, & febrem ſæpenume-

numero creat; quod ſi contingat, vel ſomno, vel leui deambulatione medeamur, lenis enim illa corporis commotio cibum deſcendere facit, & ob eam cauſam, Auic. recte eam conſuluit *3.1.citat.* Nec vero multo poſt famē cibus ſumendus erit, quia replebitur ventriculus multis & prauis humoribus, vt conſtat ex Auicen. *citato.* Item *non ſemper eadem hora ceu communi meta adſumendum cibum vti debemus,* ſed modo citius, modo ſerius, prout & ventriculi & occaſionis, & inſtantis temporis ratio poſtulauerint; nam *citius per æſtatem, ſerius per hyemem cibum ſumere debemus* ob multas cauſas, quas diligens conſiderare poterit.

Delectationis prætèrea non minima habenda cura eſt, in cibis eligendis Hip. teſtimonio, qui 2. *Apho.* 38. paulo deteriorem cibum, modo iucundus ſit & gratus, bono & iniucundo præferendum omnino cenſet, cauſam tradidit Gal. *in comm.* quia ſuauiorem cibum melius ventriculus amplectitur, ac proinde melius concoquit, vnde illud Auic. dictum emanauit; *Quod ſapit, nutrit.* Ex hac doctrina manifeſta euadit cauſa, cur plerique malos cibos & ſuauiter ſumant, & facile concoquant, accidit enim id, ob iucunditatem ſaporis, licet nonnunquam *ob ſimilitudinem & proprietatem ſumpti cibi cum aſſumentis natura, contingere poſſit, qua tantum poteſt, vt exuta omni cibi*

Delectatio ciborum.

malitia, atq; adeo ſuperata in aliti ſubſtantiam, facilè tranſmutetur is, ex quo fit, vt bubulam carnem alius melius concoquat, alius arietinam, &c. videlicet, ob conſuetudinem; vel familiaritatem, vel denique iucunditatem ſaporis.

Conſuetudo ciborum. Quanta vero ſit conſuetudinis in ciborum delectu habenda ratio, abunde Hip. 2. *de ratione vict.* docet vbi multa de conſuetudinis mutatione affert. Item 2. *Aph.* 49. & 50. vbi ſic habet: *quæ ex longo tempore conſueta ſunt & ſi deteriora, inſuetis minus moleſtare ſolent*, &c. Hipp. ſequitur Galen. non ſolum *in comm. prædictorum Aphoriſmorum*; ſed etiam 8. *Meth.* 2. vbi ait, *naturas conſuetis ſemper gaudere*, ac proinde ſi quis vni, aut alteri ciborum generi aſſueuit, haud temere mutandam conſuetudinem cenſet in diuerſum, quia valde periculoſum eſt: Item ſi quis aut ſemel, aut bis in die plura, aut pauciora ſumere conſueuit, non eſt illi quidquã de conſuetudine detrahendum, nam *conſuetudini aliquid condonandum eſt*, ex ſententia Hip. 1. *Aph.* 17. At vbi noxam inde ſentimus, ſenſim in melius ea conſuetudo transferenda eſt, *quod enim paulatim fit, tutum eſt, præſertim cum ab altero ad alterum tranſitus fit, quod vero repente periculoſum.* 2. *Aph.* 51. Adeo autem conſuetudo poteſt in ciborum delectu, vt antiquæ hiſtoriæ nonnullos referant, quibus venenum

non

non officiebat, quia illis erat in vſu & conſuetudine, vt legitur de Mithridate, & de vetula nutrita cicuta relata à Galeno 3. *ſimpl.*

De ciborum præparatione aduertendum eſt, quod iuxta varium præparationis modum, vnus idemque cibus, aut bonus, aut malus, cenſeri poteſt. Cum ergo varii ſint præparationis ciborum modi, operoſa culinæ arte inſtructi, videlicet elixatio, aſſatio, frictura, paſtilli, &c. Ex omnibus modis ſalubriores, elixatio & aſſatio habentur; elixa enim & facilius concoquuntur, & ſalubrius præſtant corpori alimentum: aſſa vero maius robur inducunt, ſi modo recte conficiantur, quia ſcilicet ſunt humidiora. 4. *Ciborum præparatio.*

Verum circa hoc vltimum dubitatio quædam haud parua inſurgit, videlicet, *vtrum aſſa ſint humidiora, an potius elixa?* in qua quæſtione nonnulli ſibi perſuadent aſſa ſicciora eſſe elixis, idque deducunt, imprimis ex Galen. 7. *Metheor. cap.* 4. vbi intemperiem humidam ventriculi, cibis natura ſiccis, ac probe *aſſatis* curari iuſſit. *Vtrùm aſſa vel elixa ſint humidiora.*

Secundo idem ſuadetur autoritate eiuſdem Gal. *vnd. ſimpl. cap. de carne ad finem*; vbi carnem aſſam ſicciorem eſſe, quam in aqua elixam diſertis verbis ſcripſit. Eãdem prorſus ſententiã tradidit Gal. *cap.* 2. *&* 19. *libri tertii de alimentorum facultate*, quæ rurſus oſtenditur autoritate

Ariſtotelis,20.*probl.5.* vbi expreſſe aſſa ſicciora eſſe, elixa vero humidiora, & molliora docet,quod etiam confirmat Auic.2.*can.*4.

Quod vero contra, elixa ſicciora ſint aſſis, colligitur,non ſolum ex Ariſtot.*4.Meth.cap.3. & 1.probl.*54.quibus locis docet, carnes aſſas, eſſe humidiores elixis,ſed etiam ex Gal.2.*de alimentorum facult.capit.*44. *& lib. de cibis boni & mali ſucci.*

Pro huius contradictionis ſedatione aduertendum eſt in vtraque carne, aſſa ſcilicet & elixa duplicem conſiderari humiditatem; aliam ſcilicet innatam, alentem, ſubſtantificamque;aliam vero extrinſecam, accidentalemque. His animaduerſis,ad quæſtionem reſpondendum eſt,aſſa humiditate quidem interna,ac propria ſubſtantificaque humidiora eſſe,eo,quod interna humiditas eius, quæ aſſatur, carnis à cruſta foris ab igne inducta optime conſeruatur (dummodo tamen ſtudioſe caro aſſetur) contra vero,humiditas extrinſeca carnis elixæ,maior eſt,propter aquã, in qua coquitur, attamen propria & interna minor, eo, quod à continuo feruore exhalat & diſſipatur: idque Ariſtotelem & Galen. voluiſſe,nemo ambiget, ſi vtriuſque verba non oſcitanter legerit.

Nec obſtat prædictæ reſolutioni Hiſpanus in diætis Iſaci putans Ariſt.ſententiam reprobam

bam eſſe, quatenus aſſerit, aſſa humidiora eſſe elixis humiditate ſubſtantifica. Obiicit enim in hunc modum: *Siccitas ignis conſumit humiditatem accidentalem. Ergo etiam conſumet ſubſtantificam*: probatur conſequentia, quia ignis ſiccitas vtrique humiditati opponitur. Reſpondendum tamen eſt, quod licet ignis ſiccitas non minus vni humiditati, quam alteri opponatur, tamen diuerſus ſitus ignis in aſſo & elixo, ſeu diuerſus modus operationis, cauſa eſt, cur in aſſo humiditas alens conſeruetur, non ſic autem in elixo; in aſſo enim ignis foris cruſtas inducens tuetur humidum internum, illudque concoquit (ob quam cauſam ſciſſa caro aſſa magis humet intro, quam extra) at in elixo trahit humidum extrinſecus, continuoque feruore exhalat, & diſſipatur.

Non obſtat *ſecundo* prædictæ ſententiæ, cocta eſſe molliora, coctuque faciliora, ac proinde humidiora. Nam dico, quod licet cocta facilius concoquantur aſſis, tamen aſſa plus humidi alentis reponunt; ſi enim ea, quæ magis nutriunt, plus humidi alentis reponunt, aſſa proculdubio plus humidi alentis reponent, ac proinde humidiora erunt, ſiquidem magis nutriunt, docente Hip. *lib. de affectionibus*, & Auic. 4. 1. *cap.* 20. commendante ad impinguandum, & reparandum ſanguinem magis aſſa, quam elixa. Quod ſi Cornelius Celſus *lib.* 2.

cap 8.iurulenta magis alere aſſis dixit, intellexit cocta ſimul cum iure,in quo virtus ſubſtãtifica carnis adhuc manet, vt colligitur ex Gal.*3.ſimpl.cap.*14.& *15.& 2.de alim.facul.cap.*44. hinc fit, vt magis eligantur iura ad alitionem eorum,qui ſpiritu exercentur, ad eos vero, qui corpore exercentur,multo magis aſſa.

Ex dictis manifeſte conſtat,*aſſa humidiora eſſe ſubſtantifica humiditate elixis*, quod præterea experientia confirmat, quia aſſum ſiue ſcindatur, ſiue prælo prematur, deſtillat multo plus ſucci,quam coctum; item quia iura elixæ carnis valde alunt: nam (vt à Gal. oſtenſum eſt *3. ſimpl.*) medicamenta per coctionem communicant vim,&ſuccos ſuos iuri,ipſa vero manent terrea,ſiccaque.

Ad coctionẽ, vel ad aſſationem requiratur maior calor.

Et ſi petas, *num ad coctionem requiratur validior calor, quam ad aſſationem?* Dico ad coctionem non ſolum requiri calorem validiorem (talis autem eſt ignis carbonum) ſed etiam magis æqualem, *validiorem*, quia aqua valde renititur, ſicca autem aſſanda à valido calore vruntur in ſuperficie, ita vt calor penetrare non poſſit,ideoque aſſatio non requirit calorem, ſeu ignem validiſſimum, ſtatim enim vruntur extima; *æqualitas* autem circunſtantis caloris magis requiritur in coctione, quam in aſſatura,quia aſſum circumuoluitur.

Quod vero ignis carbonum validior ſit, quam

quam lignorum, vltra Galen. 7. *Meth.* 7. argumento eſt, quod emollit ferrum, quod citius coquit, quod tentat caput; cauſa autem, cur ſit validior ea videtur, *quia lignum non vniuerſim vincitur ab igne, ſicut carbo*: præterea denſior eſt ignis carbonum, quam flamma lignorum, æquale autem agens in materia denſa, fortius operatur, quam in rara. *Ignem carbonum eſſe validiorem lignorum.*

QVÆSTIO V.

Vtrum cœna debeat eſſe copioſior prandio.

VETVS controuerſia eſt nondum ſatis perſpicue deciſa, *an expediat plus cibi in prandio aſſumere, quam in cœna, an contra.* In qua quidem quæſtione varii in varias abierunt ſententias: & imprimis nonnulli exiſtimant, in prandio plus cibi eſſe ſumendum, quam in cœna, idque deducunt ex Ariſt. 3. *probl. vnd.* & 32. vbi largius eſſe prandendũ, quam cœnandum voluit. Eandem ſententiam colligunt ex Actuario *lib.* 2. *cap.* 10. quo loco: *Ego ſatius* (inquit) *crediderim, vt diſtributo in tria omni cibo, meridie portionibus duabus veſcaris, reliqua ſub nocte.* Eandem denique ſententiam ex Galen. colligunt 5. *de ſanit. cap.* 4. Thelephum Grammaticum & Antiochum Medicũ, referente, *Quod prandium debeat eſſe copioſius cœna.*

 qui

qui maiorem cibi copiam in prandio, quam cœna ſumentes diu vixerunt, & hac ſolum vi-
Rationes. uendi ratione tamdiu incolumes euaſerunt, vt reliquos fieri longæuos, ſi tali viuendi ordine vtantur, argumentum manifeſtum ſit.

1. Nec huic ſententiæ deſunt rationes. *Prima, Ex copioſa cœna fluxiones, ſeu deſtillationes fiunt, & morbi capitis (ſi qui adſunt) augentur. Ergo* intentùm antecedens probatur, quia ſomnus (qui cœnam ſequi ſolet, ſicut motus prandium) caput replet & gratia adiunctæ quietis excrementa retinet in corpore indicium eſt, naturam ſtatim poſt ſomnum omnia excrementa à corpore expellere, quæ ſomno ſuccreuere.

2. *Secunda; ſi cœna eſſet copioſior prandio, ſequeretur diſtributionem alimenti non bene ſuccedere ad abſolutam in ventriculo coctionem; ſed hoc eſt maximum inconueniens: Ergo.* Sequela probatur, quia motus ſeu vigilia diſtributionem iuuat, quies vero & ſomnus impedit: cum ergo multoties plus temporis duret ſomnus, quam in prima ventriculi coctione inſumatur, manifeſte ſequeretur, alimenti diſtributionem non eſſe felicem.

Quod cœna prandio. Alii contra ſibi perſuadent, in cœna plus cibi eſſe ſumendum, quam in prandio, confirmant ſuas partes imprimis autoritate Hip. 2. *de ratione vict. text. 25.* aſſerentis mane potione vtendum, veſperi, ad cibos confugere; idem

dem inquiunt conſtare ex Gal. 7. *Meth. cap. 6.* quo loco docens extenuatis eſſe largius cœnandum, quam prandendum, communem videtur protuliſſe ſententiam his verbis: *ſtudendum enim ſemper obſeruare, quod in ſuperioribus ſuaſimus; cum veſperi cenſuimus valentius alimentum tribuendum, non modica commoda percepturis:* Eandem prorſus ſententiam ſcripſit Galen. 6. *de ſanit. c. 7.* vbi non ſolum plus alimenti in cœna eſſe ſumendum, quam in prandio, docuit, ſed etiam obſeruauit, adeo autem veram hãc cenſent opinionem, vt vna tantum ratio, eaq; potiſſima ad eam confirmãdam ſufficiat, quæ talis eſt: *in aſſumenda maiori copia ciborum maxime ſpectandum eſt, vt coqui poſſint. Ergo eo tempore conueniens erit aſſumere plus cibi, quò coctio melius peragitur; ſed tempore ſomni alimenta melius coquuntur, perfectiusq; quam tempore vigiliæ; Ergo plus cibi ſumendum erit in tempore proxime antecedente ſomnum* (quod tempus ſolet eſſe cœna) *quam in prandio*: minor eſt Galen. 3. *de cauſ. pulſ.* 8. *&* 1. *de cauſ. ſymp. vltimo*, & *paſſim alibi*: cum enim coctiones fiant mediante calore naturali iuxta ſententiam Hip. & Gal. 1. *Aph.* 15. & tempore ſomni calor naturalis magis in viſceribus roboretur, ſequitur coctiones eo tempore melius fieri. *Ratio.*

Nec obſtare dicunt huic rationi, quod nõnulli obiiciunt, nempe, poſt prandium poſſe

aliquos dormire per multum temporis ſpatium (vt multis ſolitum eſt) ac proinde his conueniens eſſe plus cibi ſumere in prandio, quam in cœna. Reſpondent enim ſomnum diurnum non ita conferre ad alimenti ſumpti coctionẽ, ſicut nocturnus, ob multas cauſas; quarum præcipua eſt, quia ille ſomnus eſt vtilis, ſeu faciens ad coctionem alimenti, qui eſt profundus & quietus, vt conſtat ex Galen. 1. *alimentorum* 1. at vero in ſomno diurno (licet diuturno) nulla excogitari poteſt profunditas, propter ſolis ſplendorem, & continentis calorem ſpiritus ad exteriora trahentem, & propter crebras excitantium voces.

Cur ſomnus diurnus non faciat tantum ad coctionem, quantum nocturnus.

2. Cauſa eſt, quia ſomnus diurnus vt plurimum non poteſt eſſe magnus; paruus autem ſi fuerit, prauus ab omnibus cenſetur, generat enim multos flatus, quia initium coctionis eſt flatuum generatio.

Secundo non obſtat prædictę ſententię quorundam interpretatio ſuper illa verba Galen. 7. *Meth. cit.* vbi docet plus eſſe cœnandum, quam prandendum; exiſtimant enim, Gal. eſſe intelligendum de ægrotantibus, quos ex eo oportet plus cibi aſſumere in cœna, quam in prandio, quia cum naturales facultates debiles habeant, non poſſunt optime cõcoquere alimenta, niſi in tempore opportuno, quale eſt, quod cœnam conſequitur; præcipuum au-

Digitized by Google

autem quod in ægrotantibus intenditur, co-ctio eſt alimentorum, non vero (aſſerunt) intelligendus eſt Gal. de ſanis, quia cum vires habeant robuſtas, poſt prādium optime poſſunt alimenta concoquere, maxime quia fere omnes ſani, poſt prandium exercentur, exercitium autem alimenta digerit.

Non, inquam, obſtat hæc interpretatio, quia Gal. *loco citato*, non ſolum de ægrotantibus, ſed etiam de ſanis locutus eſt, vt conſtat ex ratione (quæ quidem vtriſque tam ſanis, quam ægris communis eſt) qua vtitur idem Gal. *loco citato*, ait enim: primum cibum tantū eſſe debere, quantus integre coqui poteſt, antequam ſecundus aſſumatur; Ergo tanto maiorē eſſe oportet veſpertinum cibo meridiano, quāto opportunius tempus eſt illud, quod cœnam ſequitur, & quanto plus temporis eſt à cœna ad prandium, quam à prandio ad cœnam, quæ quidem ratio vtriſq; communis eſt. Idem ēt videtur cōſtare ex verbis Gal. *inferius loco citato*, poſuit enim exemplum poſt verba *ſupra* allegata in athletis, inquit enim: *Itaq; & athletæ omnes ſic faciunt ea re, non ratione tantum inuenta, ſed etiam multi temporis experimento atteſtāte*: ex quibus omnib. manifeſte colligitur Gal. *loco citato* aſſerere, non ſolum ęgrotantib. conuenire plus cibi aſſumere in cœna, quam in prandio, ſed etiam athletis, de quib. loquitur Hip. *1. Aphor. 3.*

Nec

Nec ratio interpretantium Gal. quidquam valet, quia ad cibationem commodius tempus eſt, cum reſolutio præceſſit, quam ante quam fiat, nam ex reſolutione facienda, ſequitur celeris crudorum diſtributio, & praua cōcoctio ob duplicem cauſam: prima, propter euocationem caloris à viſceribus ad externa (quod fit per motum) 2. propter celerem crudorum diſtributionem, *Ergo commodius tēpus erit, etiam ſanis plus cibi ſumere in cœna* (quæ eſt finis reſolutionis) *quam in prandio*, quod ſequitur reſolutio ſeu exercitium. Alii ſunt, qui controuerſiam hāc dirimunt per eorum, qui cibantur, temperamenta, dicentes, pituitoſos indigere ampliori prandio, ne ſcilicet multitudine cœnæ, & pituitæ ſuffocetur calor per ſomnum, biloſos contra indigere ampliori cœna.

Alii confugiunt ad conſuetudinem, dicentes, faciendum cuique eſſe, prout conſueuit, verum hi & proxime antecedentes falluntur, quia quæſtio agitatur in diſpoſitione temperata & ſana.

Alii deniq; aſſerunt cœnandum eſſe plus, quam prandendum, omnibus demptis iis, qui ægritudinibus quibuſdam affecti ſunt, vt qui catharro, grauedine, aut deſtillatione laborant. Cæterum hi etiam non vere reſpondent, quia falſum eſt dicere *omnibus bene valentibus*

Digitized by Google

tibus conuenire plus cibi in cœna ſumere, ſunt enim aliqui, quibus ob aliqua vitia naturalia contrarium expedir.

Pro reſolutione iſtius quæſtionis (relictis Doctorum varietatibus) aduertendum eſt, in aſſumenda maiori, vel minori copia alimentorum, multas poſſe cōcurrere indicationes, iuxta quarum diuerſitatem, diuerſus etiam cibandi modus erit præſcribendus. *Prima* indicatio ſumitur à coctione alimentorum, vt ſcilicet non plus ſumatur, quam coqui poſſit. 2. Indicatio ſumitur à morbis, quos patitur alimentum ſumpturus, aut quibus obnoxius eſt. 3. Et vltima ſummitur à diuerſis naturis, nam quædam ad coctionem ſunt aptiores, quam ad diſtributionem alimenti, aliæ contra; verbi gratia, Petrus optime commutabit alimenta & concoquet, ſi bono temperamento fuerit præditus, & calore naturali abundauerit, male vero commutabit ob contrarium: item facile diſtribuet propter amplitudinem viarum, difficile propter anguſtiam.

Opinio auctoris.

Indicationes diuerſitatis cibandi.

His ſic animaduerſis, ad quæſtionem in initio poſitam per propoſitiones reſpondebimus, quarum prima ſit hæc: Suppoſito prius horam prandii eſſe prope meridiem, cœnæ vero prope noctem, vt fere omnibus eſt in cōſuetudine, tunc ſic ſumpta indicatione à coctione alimentorum præciſis reliquis omnibus,

malitia, atq; adeo ſuperata in aliti ſubſtantiam, facilè tranſmutetur is, ex quo fit, vt bubulam carnem alius melius concoquat, alius arietinam, &c. videlicet, ob conſuetudinem; vel familiaritatem, vel denique iucunditatem ſaporis.

Conſuetudo ciborum. Quanta vero ſit conſuetudinis in ciborum delectu habenda ratio, abunde Hip. 2. *de ratione vict.* docet vbi multa de conſuetudinis mutatione affert. Item 2. *Aph.* 49. & 50. vbi ſic habet: *quæ ex longo tempore conſueta ſunt & ſi deteriora, inſuetis minus moleſtare ſolent*, &c. Hipp. ſequitur Galen. non ſolum *in comm. prædictorum Aphoriſmorum*; ſed etiam 8. *Meth.* 2. vbi ait, *naturas conſuetis ſemper gaudere*, ac proinde ſi quis vni, aut alteri ciborum generi aſſueuit, haud temere mutandam conſuetudinem cenſet in diuerſum, quia valde periculoſum eſt: Item ſi quis aut ſemel, aut bis in die plura, aut pauciora ſumere conſueuit, non eſt illi quidquã de conſuetudine detrahendum, nam *conſuetudini aliquid condonandum eſt*, ex ſententia Hip. 1. *Aph.* 17. At vbi noxam inde ſentimus, ſenſim in melius ea conſuetudo transferenda eſt, *quod* enim *paulatim fit, tutum eſt, præſertim cum ab altero ad alterum tranſitus fit, quod vero repente periculoſum.* 2. *Aph.* 51. Adeo autem conſuetudo poteſt in ciborum delectu, vt antiquæ hiſtoriæ nonnullos referant, quibus venenum

non

non officiebat, quia illis erat in vſu & conſuetudine, vt legitur de Mithridate, & de vetula nutrita cicuta relata à Galeno *3. ſimpl.*

De ciborum præparatione aduertendum eſt, quod iuxta varium præparationis modum, vnus idemque cibus, aut bonus, aut malus, cenſeri poteſt. Cum ergo varii ſint præparationis ciborum modi, operoſa culinæ arte inſtructi, videlicet elixatio, aſſatio, frictura, paſtilli, &c. Ex omnibus modis ſalubriores, elixatio & aſſatio habentur; elixa enim & facilius concoquuntur, & ſalubrius præſtant corpori alimentum: aſſa vero maius robur inducunt, ſi modo recte conficiantur, quia ſcilicet ſunt humidiora. 4. *Ciborum præparatio.*

Verum circa hoc vltimum dubitatio quædam haud parua inſurgit, videlicet, *vtrum aſſa ſint humidiora, an potius elixa?* in qua quæſtione nonnulli ſibi perſuadent aſſa ſicciora eſſe elixis, idque deducunt, imprimis ex Galen. 7. *Metheor. cap. 4.* vbi intemperiem humidam ventriculi, cibis natura ſiccis, ac probe *aſſatis* curari iuſſit. *Vtrum aſſa vel elixa ſint humidiora.*

Secundo idem ſuadetur autoritate eiuſdem Gal. *vnd. ſimpl. cap. de carne ad finem*; vbi carnem aſſam ſicciorem eſſe, quam in aqua elixam diſertis verbis ſcripſit. Eãdem prorſus ſententiã tradidit Gal. *cap. 2. & 19. libri tertii de alimentorum facultate*, quæ rurſus oſtenditur autoritate

Ariſtotelis,20.*probl.5.* vbi expreſſe aſſa ſicciora eſſe, elixa vero humidiora, & molliora docet, quod etiam confirmat Auic.2.*can.*4.

Quod vero contra, elixa ſicciora ſint aſſis, colligitur, non ſolum ex Ariſtot.4.*Meth. cap.3. & 1.probl.*54. quibus locis docet, carnes aſſas, eſſe humidiores elixis, ſed etiam ex Gal.2.*de alimentorum facult. capit.*44. *& lib. de cibis boni & mali ſucci.*

Pro huius contradictionis ſedatione aduertendum eſt in vtraque carne, aſſa ſcilicet & elixa duplicem conſiderari humiditatem; aliam ſcilicet innatam, alentem, ſubſtantificamque; aliam vero extrinſecam, accidentalemque. His animaduerſis, ad quæſtionem reſpondendum eſt, aſſa humiditate quidem interna, ac propria ſubſtantificaque humidiora eſſe, eo, quod interna humiditas eius, quæ aſſatur, carnis à cruſta foris ab igne inducta optime conſeruatur (dummodo tamen ſtudioſe caro aſſetur) contra vero, humiditas extrinſeca carnis elixæ, maior eſt, propter aquã, in qua coquitur, attamen propria & interna minor, eo, quod à continuo feruore exhalat & diſſipatur: idque Ariſtotelem & Galen. voluiſſe, nemo ambiget, ſi vtriuſque verba non oſcitanter legerit.

Nec obſtat prædictæ reſolutioni Hiſpanus in diætis Iſaci putans Ariſt. ſententiam reprobam

bam eſſe, quatenus aſſerit, aſſa humidiora eſſe elixis humiditate ſubſtantifica. Obiicit enim in hunc modum: *Siccitas ignis conſumit humiditatem accidentalem. Ergo etiam conſumet ſubſtantificam*: probatur conſequentia, quia ignis ſiccitas vtrique humiditati opponitur. Reſpondendum tamen eſt, quod licet ignis ſiccitas non minus vni humiditati, quam alteri opponatur, tamen diuerſus ſitus ignis in aſſo & elixo, ſeu diuerſus modus operationis, cauſa eſt, cur in aſſo humiditas alens conſeruetur, non ſic autem in elixo; in aſſo enim ignis foris cruſtas inducens tuetur humidum internum, illudque concoquit (ob quam cauſam ſciſſa caro aſſa magis humet intro, quam extra) at in elixo trahit humidum extrinſecus, continuoque feruore exhalat, & diſſipatur.

Non obſtat *ſecundo* prædictæ ſententiæ, cocta eſſe molliora, coctuque faciliora, ac proinde humidiora. Nam dico, quod licet cocta facilius concoquantur aſſis, tamen aſſa plus humidi alentis reponunt; ſi enim ea, quæ magis nutriunt, plus humidi alentis reponunt, aſſa proculdubio plus humidi alentis reponent, ac proinde humidiora erunt, ſiquidem magis nutriunt, docente Hip. *lib. de affectionibus*, & Auic. 4. 1. *cap.* 20. commendante ad impinguandum, & reparandum ſanguinem magis aſſa, quam elixa. Quod ſi Cornelius Celſus *lib.* 2.

cap 8. iurulenta magis alere aſſis dixit, intellexit cocta ſimul cum iure, in quo virtus ſubſtätifica carnis adhuc manet, vt colligitur ex Gal. *3. ſimpl. cap.* 14. & *15. & 2. de alim. facul. cap.* 44. hinc fit, vt magis eligantur iura ad alitionem eorum, qui ſpiritu exercentur, ad eos vero, qui corpore exercentur, multo magis aſſa.

Ex dictis manifeſte conſtat, *aſſa humidiora eſſe ſubſtantifica humiditate elixis*, quod præterea experientia confirmat, quia aſſum ſiue ſcindatur, ſiue prælo prematur, deſtillat multo plus ſucci, quam coctum; item quia iura elixæ carnis valde alunt: nam (vt à Gal. oſtenſum eſt *3. ſimpl.*) medicamenta per coctionem communicant vim, & ſuccos ſuos iuri, ipſa vero manent terrea, ſiccaque.

Ad coctionē, vel ad aſſationem requiratur maior calor.

Et ſi petas, *num ad coctionem requiratur validior calor, quam ad aſſationem?* Dico ad coctionem non ſolum requiri calorem validiorem (talis autem eſt ignis carbonum) ſed etiam magis æqualem, *validiorem*, quia aqua valde renititur, ſicca autem aſſanda à valido calore vruntur in ſuperficie, ita vt calor penetrare non poſſit, ideoque aſſatio non requirit calorem, ſeu ignem validiſſimum, ſtatim enim vruntur extima; *æqualitas* autem circunſtantis caloris magis requiritur in coctione, quam in aſſatura, quia aſſum circumuoluitur.

Quod vero ignis carbonum validior ſit, quam

quam lignorum, vltra Galen. 7. *Meth.* 7. argumento eſt, quod emollit ferrum, quod citius coquit, quod tentat caput; cauſa autem, cur ſit validior ea videtur, *quia lignum non vniuerſim vincitur ab igne, ſicut carbo*: præterea denſior eſt ignis carbonum, quam flamma lignorum, æquale autem agens in materia denſa, fortius operatur, quam in rara. *Ignem carbonum eſſe validiorem lignorum.*

QVÆSTIO V.

Vtrum cœna debeat eſſe copioſior prandio.

VETVS controuerſia eſt nondum ſatis perſpicue deciſa, *an expediat plus cibi in prãdio aſſumere, quam in cœna, an contra.* In qua quidem quæſtione varii in varias abierunt ſententias: & imprimis nonnulli exiſtimant, in prandio plus cibi eſſe ſumendum, quam in cœna, idque deducunt ex Ariſt. *3. probl. vnd. &* 32. vbi largius eſſe prandendũ, quam cœnandum voluit. Eandem ſententiam colligunt ex Actuario *lib. 2, cap.* 10. quo loco: *Ego ſatius* (inquit) *crediderim, vt diſtributo in tria omni cibo, meridie portionibus duabus veſcaris, reliqua ſub noctc.* Eandem denique ſententiam ex Galen. colligunt 5. *de ſanit. cap.* 4. Thelephum Grammaticum & Antiochum Medicũ, referente, *Quod prandium debeat eſſe copioſius cœna.*

 qui

qui maiorem cibi copiam in prandio, quam cœna ſumentes diu vixerunt, & hac ſolum viuendi ratione tamdiu incolumes euaſerunt, vt reliquos fieri longæuos, ſi tali viuendi ordine vtantur, argumentum manifeſtum ſit.

Rationes.

1. Nec huic ſententiæ deſunt rationes *Prima, Ex copioſa cœna fluxiones, ſeu deſtillationes fiunt, & morbi capitis (ſi qui adſunt) augentur. Ergo* intentùm antecedens probatur, quia ſomnus (qui cœnam ſequi ſolet, ſicut motus prandium) caput replet & gratia adiunctæ quietis excrementa retinet in corpore indicium eſt, naturam ſtatim poſt ſomnum omnia excrementa à corpore expellere, quæ ſomno ſuccreuere.

2. *Secunda; ſi cœna eſſet copioſior prandio, ſequeretur diſtributionem alimenti non bene ſuccedere ad abſolutam in ventriculo coctionem; ſed hoc eſt maximum inconueniens: Ergo.* Sequela probatur, quia motus ſeu vigilia diſtributionem iuuat, quies vero & ſomnus impedit: cum ergo multoties plus temporis duret ſomnus, quam in prima ventriculi coctione inſumatur, manifeſte ſequeretur, alimenti diſtributionem non eſſe felicem.

Quod cœna prandio.

Alii contra ſibi perſuadunt, in cœna plus cibi eſſe ſumendum, quam in prandio, confirmant ſuas partes imprimis autoritate Hip. 2. *de ratione vict. text.* 25. aſſerentis mane pòtione vtendum, veſperi, ad cibos confugere; idem

dem inquiunt conſtare ex Gal.7.*Meth. cap.6.* quo loco docens extenuatis eſſe largius cœnandum, quam prandendum, communem videtur protuliſſe ſententiam his verbis: *ſtudendum enim ſemper obſeruare, quod in ſuperioribus ſuaſimus, cum veſperi cenſuimus valentius alimentum tribuendum, non modica commoda percepturis*: Eandem prorſus ſententiam ſcripſit Galen.6. *de ſanit.c.7.* vbi non ſolum plus alimenti in cœna eſſe ſumendum, quam in prandio, docuit, ſed etiam obſeruauit, adeo autem veram hãc cenſent opinionem, vt vna tantum ratio, eaq; potiſſima ad eam confirmãdam ſufficiat, quæ talis eſt: *in aſſumenda maiori copia ciborum maxime ſpectandum eſt, vt coqui poſſint. Ergo eo tempore conueniens erit aſſumere plus cibi, quò coctio melius peragitur; ſed tempore ſomni alimenta melius coquuntur, perfectiusq; quam tempore vigiliæ; Ergo plus cibi ſumendum erit in tempore proxime antecedente ſomnum* (quod tempus ſolet eſſe cœna) *quam in prandio*: minor eſt Galen.3.*de cauſ.pulſ.*8.*& 1. de cauſ. ſymp. vltimo*, & *paſſim alibi*: cum enim coctiones fiant mediante calore naturali iuxta ſententiam Hip.& Gal.1. *Aph.*15.& tempore ſomni calor naturalis magis in viſceribus roboretur, ſequitur coctiones eo tempore melius fieri. **Ratio.**

Nec obſtare dicunt huic rationi, quod nõnulli obiiciunt, nempe, poſt prandium poſſe

 ali-

aliquos dormire per multum temporis ſpatium (vt multis ſolitum eſt) ac proinde his conueniens eſſe plus cibi ſumere in prandio, quam in cœna. Reſpondent enim ſomnum diurnum non ita conferre ad alimenti ſumpti coctionẽ, ſicut nocturnus, ob multas cauſas; quarum præcipua eſt, quia ille ſomnus eſt vtilis, ſeu faciens ad coctionem alimenti, qui eſt profundus & quietus, vt conſtat ex Galen. 1. *alimentorum* 1. at vero in ſomno diurno (licet diuturno) nulla excogitari poteſt profunditas, propter ſolis ſplendorem, & continentis calorem ſpiritus ad exteriora trahentem, & propter crebras excitantium voces.

Cur ſomnus diurnus non faciat tantum ad coctionem, quantum nocturnus.

2. Cauſa eſt, quia ſomnus diurnus vt plurimum non poteſt eſſe magnus; paruus autem ſi fuerit, prauus ab omnibus cenſetur, generat enim multos flatus, quia initium coctionis eſt flatuum generatio.

Secundo non obſtat prædictę ſententię quorundam interpretatio ſuper illa verba Galen. 7. *Meth. cit.* vbi docet plus eſſe cœnandum, quam prandendum; exiſtimant enim, Gal. eſſe intelligendum de ægrotantibus, quos ex eo oportet plus cibi aſſumere in cœna, quam in prandio, quia cum naturales facultates debiles habeant, non poſſunt optime cõcoquere alimenta, niſi in tempore opportuno, quale eſt, quod cœnam conſequitur; præcipuum au-

autem quod in ægrotantibus intenditur, coctio eſt alimentorum, non vero (aſſerunt) intelligendus eſt Gal. de ſanis, quia cum vires habeant robuſtas, poſt prādium optime poſſunt alimenta concoquere, maxime quia fere omnes ſani, poſt prandium exercentur, exercitium autem alimenta digerit.

Non, inquam, obſtat hæc interpretatio, quia Gal. *loco citato*, non ſolum de ægrotantibus, ſed etiam de ſanis locutus eſt, vt conſtat ex ratione (quæ quidem vtriſque tam ſanis, quam ægris communis eſt) qua vtitur idem Gal. *loco citato*, ait enim: primum cibum tantū eſſe debere, quantus integre coqui poteſt, ante quam ſecundus aſſumatur; Ergo tanto maiorē eſſe oportet veſpertinum cibo meridiano, quāto opportunius tempus eſt illud, quod cœnam ſequitur, & quanto plus temporis eſt à cœna ad prandium, quam à prandio ad cœnam, quæ quidem ratio vtriſq; communis eſt. Idem ēt videtur cōſtare ex verbis Gal. *inferius loco citato*, poſuit enim exemplum poſt verba *ſupra* allegata in athletis, inquit enim: *Itaq; & athletæ omnes ſic faciunt ea re, non ratione tantum inuenta, ſed etiam multi temporis experimento atteſtāte*: ex quibus omnib. manifeſte colligitur Gal. *loco citato* aſſerere, non ſolum ęgrotantib. conuenire plus cibi aſſumere in cœna, quam in prandio, ſed etiam athletis, de quib. loquitur Hip. *1. Aphor. 3.* Nec

Nec ratio interpretantium Gal. quidquam valet, quia ad cibationem commodius tempus eſt, cum reſolutio præceſſit, quam ante quam fiat, nam ex reſolutione facienda, ſequitur celeris crudorum diſtributio, & praua cōcoctio ob duplicem cauſam: prima, propter euocationem caloris à viſceribus ad externa (quod fit per motum) 2. propter celerem crudorum diſtributionem, *Ergo commodius tēpus erit, etiam ſanis plus cibi ſumere in cœna* (quæ eſt finis reſolutionis) *quam in prandio*, quod ſequitur reſolutio ſeu exercitium. Alii ſunt, qui controuerſiam hāc dirimunt per eorum, qui cibantur, temperamenta, dicentes, pituitoſos indigere ampliori prandio, ne ſcilicet multitudine cœnæ, & pituitæ ſuffocetur calor per ſomnum, biloſos contra indigere ampliori cœna.

Alii confugiunt ad conſuetudinem, dicentes, faciendum cuique eſſe, prout conſueuit, verum hi & proxime antecedentes falluntur, quia quæſtio agitatur in diſpoſitione temperata & ſana.

Alii deniq; aſſerunt cœnandum eſſe plus, quam prandendum, omnibus demptis iis, qui ægritudinibus quibuſdam affecti ſunt, vt qui catharro, grauedine, aut deſtillatione laborant. Cæterum hi etiam non vere reſpondent, quia falſum eſt dicere *omnibus bene valentibus*

tibus conuenire plus cibi in cœna ſumere, ſunt enim aliqui, quibus ob aliqua vitia naturalia contrarium expedit.

Pro reſolutione iſtius quæſtionis (relictis Doctorum varietatibus) aduertendum eſt, in aſſumenda maiori, vel minori copia alimentorum, multas poſſe cōcurrere indicationes, iuxta quarum diuerſitatem, diuerſus etiam cibandi modus erit præſcribendus. *Prima* indicatio ſumitur à coctione alimentorum, vt ſcilicet non plus ſumatur, quam coqui poſſit. 2. Indicatio ſumitur à morbis, quos patitur alimentum ſumpturus, aut quibus obnoxius eſt. 3. Et vltima ſummitur à diuerſis naturis, nam quædam ad coctionem ſunt aptiores, quam ad diſtributionem alimenti, aliæ contra; verbi gratia, Petrus optime commutabit alimenta & concoquet, ſi bono temperamento fuerit præditus, & calore naturali abundauerit, male vero commutabit ob contrarium: item facile diſtribuet propter amplitudinem viarum, difficile propter anguſtiam.

Opinio auctoris.

Indicationes diuerſitatis cibandi.

His ſic animaduerſis, ad quæſtionem in initio poſitam per propoſitiones reſpondebimus, quarum prima ſit hæc: Suppoſito prius horam prandii eſſe prope meridiem, cœnæ vero prope noctem, vt fere omnibus eſt in cōſuetudine, tunc ſic ſumpta indicatione à coctione alimentorum præciſis reliquis omnibus,

bus,plus cibi aſſumendum eſt,in cœna, quàm in prandio. Suadetur hæc concluſio,vltra autoritates in 2. opinione allatas. 1. quia *eo tempore plus cibi ſumendum eſt,quod quies ſequitur lib. de cibis boni & mali ſucci cap. 3. poſt cœnã ſequitur quies; Ergo ad cœnam plus alimenti ſumendum erit. Secundo eo tempore maior alimenti copia eſt ingerenda, quo coctio melius peragitur* (ſumpta indicatione ſolum à coctione) *ſed poſt cœnam coctio eſt perfectior, quam poſt prandium*, quia poſt cœnam ſequitur ſomnus roborans omnes coctiones, poſt prandium vero vigilia impediens; *Ergo in tempore proxime antecedente ſomnum* (quod quidem eſt cœna) *plus cibi erit aſſumendum, quam in tempore proxime antecedente vigiliam*, quod tempus ſolet eſſe prandium. *Tertio*; *tunc copioſiora alimenta capienda ſunt, cum latius tempus ad ea concoquenda ſubſequitur; ſed ſpatium inter cœnam & prandium longius eſt, quam inter prandium & cœnam: Ergo ad cœnam copioſiora alimenta ſunt ingerenda, quam ad prandium:* minor patet,quia prandium ſolet eſſe hora 10. aut 11. cœna vero hora quinta vel ſexta poſt meridiem, quam conſuetudinem,non ſolum etiam obſeruauit Gal. vt colligitur ex *6. de ſani. tuen. cap. 7*. Sed etiam Athenienſes,Romanique, vt ex Virgilio conſtat *lib. 4. Aeneidos.*

Nunc eadem labente die conuiuia quærit.

Hora nimirum ſexta: vbi iam labitur dies, & ve-

& veſperaſcit, ex qua etiam ſententia colligitur, cœnam apud antiquos copioſiorem eſſe prandio, & in hoc ſenſu autores ſecundæ opinionis ſunt interpretandi. *Secunda* concluſio. Sumpta indicatione à morbis præſertim capitis, vt catarrho & ſimilibus, prandium debet eſſe maius cœna: probatur hæc cõcluſio, quia cum ſomnus caput multis repleat vaporibus, & immediate poſt cœnam fere ſemper ſequatur, ſi in cœna magna cibi quantitas ſumatur, prædictos capitis morbos augeri neceſſe eſt, ob quam cauſam Auic. de refectione Epileptici ſic ſcriptum reliquit: *Et ille, cuius conſuetudo non tolerat, vt ſemel reficiatur, diuidat cibum ſuum in tres partes, & ſumat duas tertias in prandio, & tertiã in cœna*; ſi vero Gal. *lib. de puero Epileptico* oppoſitum aſſerit, ſolum erit intelligendus ſumpta indicatione à coctione alimenti, nam ſumpta indicatione à morbis capitis, prandium maius debere eſſe cœna, nemini dubium eſt, & in hoc ſenſu, autores primæ opinionis ſunt intelligendi.

Tertia concluſio: Sumpta indicatione à variis naturis, ſeu temperamentis illorũ, qui alimẽtum ſumunt, plus prandẽdum eſt illis, qui ad coctionẽ ſunt aptiores, quã ad diſtributionem, quib. vero diſtributio eſt facilior, quam coctio, plus eſt cœnandum: quibus denique ambo ſunt æqualia cœnandum etiam plus eſt.

Ratio

Ratio in his omnibus ea aſſignatur, in primis, quia debent ſtudere magis diſtributioni, quã coctioni, quandoquidem illa magis indigent: in ſecundis, quia cum reliqua ſint æqualia, ſola ſumitur indicatio à coctione alimentorum.

Nec aduerſus hanc reſolutionem quicquã facient rationes *in initio huius quæſt.* adductæ: ad primam enim dicendum eſt, quod ſi coctio, & diſtributio ſint æqualia, tunc non ſequitur, diſtillationes fluxioneſque fieri, niſi in illis, qui ad eas proni ſunt & cerebrum habent debile, in quibus minus cœnandum eſſe diximus. Ad 2. reſpondendum eſt, quod quãdo prædicta fuerint æqualia, tunc cœna debet eſſe maior, quia licet diſtributio poſt prãdium felicius ſuccedat ob dictam rationem, tamen indicatio, quæ ſumitur à coctione alimenti, potior eſt, quam illa, quæ à diſtributione ſumitur, vnde cum coctio poſt cœnã præſtantior ſit, plus cibi tunc temporis ſumendum erit.

Problemata. Reſtat vltimo, vt nonnulla problemata de cibo ſoluamus. Primum eſt, *num omnis cibus calefaciat?* ratio dubitandi eſt, quia inter alimenta quædam refrigerant, vt *lactuca, cichorium* & ſimilia: alia calefaciunt, vt *piper, allium, cape, &c. huiuſmodi*, alia denique exſiccant, & alia humectant. Dico, *omnes cibos calefacere quantitatiue,*

I. Num omnis cibus calefaciat.

tatiue, augendo ſcilicet ſanguinem, qui eſt calidus, & ſic intelligendus eſt Gal. *3. de temp. cap.* 8. omnes cibos calefacere affirmans: & Auic. *3. 1. d. 2. de eo, quod comeditur.* Cum hoc tamen ſtat: *qualitatiue quadam refrigerare, alia vero calefacere*, pro ratione caloris, vel frigiditatis prædominantis.

Tertium problema eſt, *cur aliquando varietas ciborum in eadem menſa laudetur?* Dico varia edulia in eadem menſa regulariter reprobari, non ſolum à Gal. *1. acut.* 18. *iuxta finem*, ſed & à tota Medicorum turba, quia cum diuerſorum ciborum diuerſa ſit natura, vt *ſuperius* dictum manet, efficitur, vt alii aliis celerius tardiuſue conficiantur, quod cum accidit miram generant in ventriculo cruditatem quod ſanitati valde nocet, iuxta ſententiã Galen. *citato.* Aliquando tamen varietas ciborum in eadem menſa laudatur ab Auic. *3. 1. d. 2. cap. 7. quando cibi ita ſe habent, vt vnus emendet malitiam alterius,* & tunc varia alimenta vtiliter ſumi poſſunt, quo etiam modo laudantur condimenta alimentorum emendantia, ſcilicet intemperamentum alimenti ſumpti: Eodem etiam modo dicimus, morbum ex ſimplici humore cõſtantem, breuiorem & ſalubriorem eſſe compoſito, ſi tamen compoſitus ita ex humoribus componatur, vt vnus faciat ad reſolutionem alterius, breuior & ſalubrior erit cibus compoſi-

2. *Cur aliquãdo varietas ciborum in vna menſa laudetur.*

poſitus ſimplici, vt latius docet Auic. 1. *4. tract. 2. cap. 2.*

3. *Cur auium genus abundet anno ſicco.* *Tertium* problema: *cur auium genus abundat anno ſicco?* dico duplicem huius rei à Gal. aſſignari cauſam *6. epid. ſect. 4. text.* 24. quo loco ſiccitate in terra exiſtente auium genus abundare Hipp. docet: *Prima* eſt, quia aues ſiccis temporibus rectius valent, temperamento enim ſicco conſtant.

2. Cauſa eſt, quia aridioribus alimentis veſcuntur, & pauco potu contentę ſunt, vnde cũ ſiccitas plane auib. amica ſit recte ab Hip. dictum eſt, ſicca exiſtente anni conſtitutione auium genus abundare in terra. Huic etiã ſententiæ ſubſcribit Ariſt. 8. *de hiſtor. animalium ca.* 18. auibus prodeſſe ſiccitates, ſqualoreſq; affirmans, tum ad ſanitatem, tum etiam ad partum, præcipueque palumbis.

4. *Num lactuca procreet plurimum ſanguinem.* *Quartum* problema, *num lactuca generet plurimum ſanguinem?* Dioſcor. *lib. 2. c. 125.* & Plin. *lib. 20. c. 7.* & *lib. 19. c. 8.* exiſtimant, lactucam plurimum ſanguinem & lac generare, quod vulgus etiam confirmat. Reſpondendum tamen eſt ad dubitationem, cum Gal. *2. alimen. 40.* & *lib. de Euchymia* 14. & *2. de naturalib. facult. 10.* dicat, lactucam paucum gignere ſanguinem, ſi cum aliis alimentis conferatur, quamuis plus nutriat aliis oleribus, in quo forte ſenſu intelligendi ſunt citati autores: ſi autem vulgus aſſerit,

rit, lactucam plurimum gignere ſanguinem, id ex eo eſt, quia gignit ſanguinem *aquoſum*, qui in venis ebulliens pruritum excitat, & ſcabiem auget: ſic vinum nouũ calidius eſſe antiquo vulgus exiſtimat, cum tamen oppoſitum conſtet ex Galeno, & reliqua Medicorũ turba. *Lactuca qualem procreet ſanguinem.*

Sed cur lactuca plus nutrit aliis oleribus, ſi quædam olera, vt *bugloſſum*, *cichorium*, & alia huiuſmodi magis accedunt temperamento ſanguinis, quam lactuca? Dico nutritionem magis ſequi ſimilitudinem ſubſtantiæ, quam temperamenti.

Vltimum, *num piſces carnibus ſint anteponendi?* 5. Galenus 3. *de aliment. facult. cap.* 28. piſces ſaltem pelagicos & ſaxatiles carnibus videtur anteponere, dum alimentum, quod ex piſcibus ſumitur, non modo ad coquendum facile, ſed hominum etiam corporibus ſaluberrimum eſſe docet. Idem videtur ſignificare *lib. de cibis boni & mali ſucci, cap.* 9. & *lib. de atte-nuante vict.* 8. & clarius 1. *ad Glauc. cap.* 9. *& vnd.* adeo, vt eas in pleuritide conceſſerit 1. *de ratione victus text.* 27. & in tertiana 1. *ad Glau. cita.* Galen. ſequitur Paul. *lib.* 1. *cap.* 90. & Aetius *Tetrab.* 1. *ſerm.* 2. *cap.* 139. & reliqua Græcorum ſchola. Ducuntur autem ea potiſſimum ratione, quia cum in ægrotantibus duo deſideremus, mediocrem ſcilicet nutritionem, & celerem alimenti diſtributionem, *Num piſces carnibus ſint præponendi.*

piſces vtrumque commodiſſime præſtant 3. *de alimentorum facult. cap.* 26. ob quam cauſam Galenus *cap.* 30. *eiuſdem libri*, piſces ſenibus, ocioſis, imbecillibuſq; commodiſſimum præſtare alimentum docuit.

Cæterum, quia piſces facilime in ventriculo corrumpuntur & putredinem (ſi quæ adeſt) ob excrementitiam humiditatem, qua pollent, vt plurimum augent, eorum vſum cum Arabibus non laudamus, potiſſimum in exercitatis, & optima valetudine præditis; tales enim cibos poſtulant firmiores, cuiuſmodi ſunt carnes: tenet hanc ſententiam expreſſe Rhaſes grauiſſimus inter Arabes author. 3. *ad Almanſorem cap.* 16. vbi ſic ait: *piſces enim ſemper in ſtomacho longam facientes moram, ſitimque generantes, malas in corpore adiuuant viſcoſitates, ex quibus multa prouenıunt ægritudines*: Eandem ſententiam ſequitur Zoar. *cap. de conſeruanda ſanitate*, vbi piſces maxime ſenib. nocere probat, aliorum Medicorum teſtimonio. Eandem denique ſequitur Auicenna *lib.* 2. *ca.* 553. ſtomacho valde calido piſces conuenire ſolum affirmans. Si vero Galeno tam frequens erat vſus piſcium, cauſa videtur, *quia Romæ prope ſpirantes afferebantur: ideoque incorrupti edebantur, ac longiſſime etiam citra putrefactionem durabant*: quoniam eos niue circundabant, cuius magna copia Romæ erat, vt colligitur ex Gal. *lib.*

Cur Galen. frequentem vſum piſciũ laudauerit.

lib. de cibis boni & mali ſucci cap. 9. & 2. *de compoſitione med. ſecundum locos cap.* 1.

Et ſi aliquis petat, num piſces ęgris concedi poſſint: Dico, quod licet Gal. *locis ſupra citatis* eos conceſſerit in pleuritide, & in tertiana, tamen Arabes, & communiter noſtri Medici piſces reprobant in ægris, & non omnino ſine ratione: nam licet dicti piſces ex ſe boni ſucci ſint, tamen multum nocent, ſi non exhibeantur cum conditionibus multis requiſitis, 1. quod ſint recentiſſimi, 2. quod ſint electi ſecundum locum & paſtum, quod difficilime intelligitur, nam pro varietate loci, & paſtus redduntur piſces peſſimi, aut optimi *lib. de Euch. cap.* 15. *Vltima*, vt ſumantur à ventriculo, & corpore mundis ab excrementis, quas conditiones ſoli Medici ſapientiſſimi & expertiſſimi aſſequuntur, quales pauci ſunt. Caro autem licet ſæpe non æque boni ſucci cum piſcibus ſit, tamen eius exhibitio non requirit tam exactam conſiderationem. Nec ſi in ea erretur, adeo noxia eſt & proinde eius vſus in morbis eſt ſecurior.

Num ægris piſces concedi poſſint.

QVAMVIS autem hoc ita verum ſit, nihilominus poſt peractam purgationem piſces ſaxatiles, ac fluuiales, alioſque probi ſucci tuto poſſumus exhibere, nec oportet adeo reformidare illorum vſum, ſicut alibi ex noſtris faciunt, præſertim in ſenibus & debilibus,

F 3 iuxta

iuxta ſententiam Gal. *3. de alimentorum facult. cap.*30.

Cap. IV.

De potu aquæ.

QVemadmodum cibo ſiccam, ſeu terream ſubſtantiam effluxam reparamus, ſic potione humidam ſeu aqueam reſarcimus, & hæc eſt cauſa, ob quam fames & ſitis animantibus indita ſunt; nam ſicut ſagax & prouida natura ad cibum ſumendum animantia excitauit penuriæ ſenſu, hoc eſt fame, ita etiam ad potionem humidi deſiderio, id eſt, ſiti qua cũ vrgemur, ad potionem protinus excitamur, quod etiã plantis euenire quotidie videmus: nam hæ niſi humore fruantur ac irrorentur, areſcere eſt omnino neceſſe, atque marcore deficere, ita etiam, quæ in nobis humida ſunt, quæque natiui caloris perpetuo depaſcentis continua actione, indies ſiccantur, ac minuũtur; cito contabeſcerent, ni potione humida reficerentur. Et quia potio quædam eſt aquę, alia vero vini, de potu aquæ hoc capite diſputabimus, acturi ſequenti de potu vini. *Primo* ergo loco, num potus, ſiue aquæ ſiue vini ſit prius ſumendus cibo, videndum eſt. *Secundo* num aqua nutriat corpus noſtrũ. *Vltimo*, qualis aqua ſit præſtantior ad vitam hominis cõſer-

ſeruandam; tandem nonnulla problemata de aqua explicabimus.

QVÆSTIO I.

Num potus ſit prius ſumendus cibo.

INter varias, quæ de hac re apud Medicos *Rationes* inueniuntur opiniones, prima eſt quorun- *affirmantium.* dam exiſtimantium, potum prius eſſe ſumendum cibo, mouentur autem ſequentibus rationibus. *Prima: in aſſumptione alimentorum, tenuia debent prius aſſumi, quam craſſa; ſed potus eſt tenuior cibis; Ergo prius erit ſumendus:* maior eſt vera, vt *ſupra* à nobis monſtratum eſt, conſequentia bona, minor manifeſta. *Secunda, in reſolutione corporis ob defectum alimenti prius diſſipatur ſubſtātia humida* (ſiquidem eſt tenuior) *poſtea vero ſicca; ſed ſubſtantia humida reparatur potu, ſicca cibo; Ergo potus prius erit ſumendus:* minor patet, quia ad defectum ſubſtantię humidæ ſequitur ſitis *lib. de inæquali intem.* ſitis autem potu extinguitur. *Vltima* ratio ſupponit, quod verum eſt, potum ſcilicet neceſſarium eſſe ad coctionem, tunc ſic: coctio, *quæ fit in ventriculo* (dicente Ariſt. 4. *Meth. cap.* 3. & Gal. 1. *Aph.* 15.) *eſt ſimilis elixationi externæ: quemadmodum igitur in ollam prius infunditur humor, deinde carnes, ita in ventriculum prius debet ingeri potus, deinde cibus.*

1.

2.

3.

Afferunt etiam iſti in ſuę ſententiæ confir- *Authoritates.* mationē Hip. dictum 2. *Aph. vnd. facilius eſt im-*

pleri potu, quam cibis; *& lib. de alim.* vbi ait; *quicumque cita appoſitione indigent, his humidum medicamen ad reficiendas vires optimum remedium eſt.*

Negantium Alii ſunt, qui omnino diuerſam ab hac tenent ſententiam, dicuntque totum cibum prius eſſe ſumendum, deinde potare præcipiunt, confirmant autem ſuas partes.

1. *Primo, quia ſumpto potu, poſt cibum præſtantior fit concoctio, contra vero mala*; *ergo prius erit ſumendus cibus*: antecedens probatur, quo ad priorem partem, quia cum potus ſolum ſit vehiculum alimenti (vt conſtat ex Gal. *4. de vſu part. ca. 5.*) aſſumpti cibi potu deſcendunt ad fundum vétriculi, in quo prima concoctio melius peragitur; quoad ſecundam vero partem, oſtenditur idem antecedens, quia potus aſſumptus ante cibum, aut illum facit in ventriculi ore fluitare, aut deſcêdens importune in inteſtina alimentum deducit incoctum, intempeſtiuam cauſans deiectionem.

2. *Secundo* ſuadetur eadem ſententia, quia *bonus artifex eſt imitator naturæ recte operantis*; *ſed natura in recte valentibus prius ſolet eſurire, quam ſitire*; *Ergo comedendum prius erit, deinde bibendum.* Autoritate vero probatur ex Galen. 7. *Meth. cap.* 6. vbi non ſolum prohibet potum ante cibum, verum etiam præcipit à potu abſtinendum eſſe, vſque ad tempus diſtributionis, quo tempore iam prima coctio eſt peracta, cauſam

ſam huius rei tradens, quia aliter innatant cibi, ita vt eos ventriculi corpus propter interpoſitum humorem non contingat.

Tertia opinio eſt aliorum exiſtimantium potum cum cibo, alternatim eſſe permiſcendum, aiuntque poſſe nos à cibo, aut potu exordiri, & cibo potuue refectionem finire: fundamentum huius opinionis eſt, quia hoc pacto primo potu cum cibis mixto perfectiſſime omnia efficiuntur, quæ à potu expectantur, nam cum propter duo neceſſarius ſit potus, elixationem ſcilicet, & cibi diſtributionem, recte omnia hac forma peraguntur, nec enim potus impellit cibum importune intempeſtiueque, nec cibus potui innatabit. *Tertia opinio.*

Habet rurſus pro ſe hæc opinio, verſiculum illum ab Arnaldo relatum *in regimine Salernitano.*

Inter prandendum ſit ſæpe, parumque bibendum.

Hæ ſunt opiniones, quæ de hac re apud Medicos reperiuntur, quib. tamen relictis, quid ſentiendum ſit determinare iam eſt tempus, ſuppoſito imprimis (vt ex dictis colligitur) ſeptem eſſe refectionis modos: nam aut totus cibus potuſque ingeri debet, & ſic duo fiunt modi, aut præcedente potu cibum, aut è conuerſo: alii quatuor ſequentes fiunt quando paruis portionibus alternatim permiſcentur, videlicet, aut incipiente refectione à cibo, eo- *Opinio auctoris.* *Refectionis modi qui & quales.*

 dem-

demque finita, aut finita potu, aut incipiente à potu, eodemque finita, aut deniq; incipiente à potu & cibo finita. Septimus modus eſt, quando ſolum comeditur, & abſtinetur à potu omnino, vſq; dum peracta ſit coctio ingeſti cibi (ſolius potus non facimus mentionem, quia ſolus potus non reficit, vt hic loquimur de refectione) cum ergo ſeptem ſint modi refectionis, hunc aut illũ ſequemur, ſumpta indicatione, à duab. præcipue rebus, videlicet, à natura ventriculi, & à natura cibi, & in vnoquoque iſtorum duæ qualitates ſunt conſiderandæ. à quib. etiam debet ſumi indicatio; humiditas, ſcilicet & ſiccitas (ſiue hæc natiua ſint in ventriculo, ſiue aduentitia, & ex morbo contracta; idem etiam è cibo) conſiderandum ergo erit, ſit ne modo ventriculus humidus, an ſiccus, an temperatus (idem de cibo) quo conſiderato, quæſtioni ſequentes ſatisfaciunt concluſiones.

Concluſiones. *1.* *Prima* concluſio: *Cibo exiſtente temperato, ſimul & ventriculo, reficiendus eſt homo alternatim cibo & potu*, vt illis ita permixtis elixatio euadat perfectior, ac cibi diſtributio, & neutrum ſic alteri innatabit; debet autem refectio incipere à cibo (in moderatis enim naturis, fames, quæ cibo curatur, & extinguitur, perpetuo ſitim anteuertit) finiatur vero potu, ita vt nulla cibi pars in ore ventriculi hæreat, at

poſtea

poſtea deambulatio ſequatur ad deſcenſum cibi ad fundum ventriculi, & de hoc refectionis modo tertia loquitur opinio.

Secunda concluſio: *ſi ventriculus eſt humidus, & cibus exceſſiue, comedendum eſt, & abſtinendum à potu, vſque dum peracta ſit ventriculi concoctio*: ſi vero non eſt magnus exceſſus humoris in vtroque, comedendum prius copioſe eſt, poſtea ſemel bibendum, finiatur tamen refectio paruula cibi portione: & iuxta hanc concluſionem, interpretandi ſunt, qui ſecundam aſtruunt opinionem. 2.

Nec dictum Gal. 7. *Meth. citato* placitum euertit, illud enim ſolum intelligendum eſt, quando ægrotans vtitur alimentis valde humidis & abſentiam potus ferentibus, vel ventriculus valde humidus eſt, nam aliter non videtur rationabile in refectione extenuati hominis totam cœnam, aut prandium omnino ſine potu trāſigere, aut ſaltem fiat coctio praua ſimilis cocturę carnium, quādo defectu aquæ teſtæ adhærent & vruntur, ideoque addit Galen. *citato, quod ſi ſitibundi fuerint*, id eſt, habuerint ventriculum calidum & ſiccum, *tunc ab aqua graue eſt abſtinere*.

Tertia concluſio: *Si exceſſus ſiccitatis eſt immodicus in vtroque ſcilicet cibo & ventriculo, incipiendum eſt à potu, poſtea cibo, potuque alternatim vtendum, tandem potu refectio concludi debet*. 3.

debet. Si vero eſt mediocris, ſatis fuerit refectionem potu concludere, etiamſi incipiatur à cibo, modo largiuſculo potu vtatur.

Aduertendum tamen eſt, in his refectionis modis habendam eſſe maximam conſuetudinis rationem, ſeruandamq; perpetuo eam eſſe, ſi fuerit vtilis, ſi vero inutilis, permutandam, transferendumque hominem eſſe citra repentinam factam mutationem ad id, quod exigit natura, hæc enim non fert repentinas mutationes *2. Aph.* 51. & *techn.* 86.

Reſponſio ad rationes opinionis primæ.

Reſtat vltimo in hac quæſtione, vt ad rationes primæ opinionis reſpondeamus, & ad priores duas ex dictis patet ſolutio. Cum enim potus non ſit alimentum, ſed ſolum inſeruiat diſtributioni alimenti, per venas totius corporis, vt conſtat ex Gal. 4. *de vſu part.* 5. manifeſte ſequitur, eũ non eſſe prius ſumendum cibo, niſi in illis, qui ventriculum habent valde ſiccum, & cibis valde ſiccis vtuntur, vt in 3. concluſione manet dictum.

Ad vltimam reſpondeo, dictas coctiones non eſſe ſimiles in omnibus, quamuis in aliquo tales dicantur.

Ad Hip. vero 2. *Aph. citato*, dico, eum per potum ſolum intelligere alimentum coctu facile, per cibum vero alimentum ſolidum, & coctu difficile, vt ex iis, quæ tradit Galen. *in comm.* manifeſte apparet, & hoc pacto verum

rum eſt dicere, quod facilius ſit impleri potu, id eſt, refici cibo humido & coctu facili, quam cibo, id eſt, alimento ſolido & difficile alterabili: Eodem etiam modo interpretandus eſt Hip. *lib. de alimento citato*, indicium eſt, quod ſtatim ſubdit iis, qui tarda nutritione indigent, conuenientiſſimum remedium eſſe alimentum ſolidum.

QVÆSTIO II.

Vtrum aqua nutriat.

PARS affirmatiua huius quæſtionis ſuaderi poteſt, imprimis autoritate Hip. 3. *de ratione vict.* 19. vbi habentur hæc verba: *Sed mulſa ſola epota multo potentior eſt, quam aqua*: Gal. autem *in commento*, inquit, hanc vocem, *potentior*, indicare aquam aliquam nutriendi vim obtinere. *Rationes affirmantium.*

2. Ideo probatur autoritate Ariſtotelis 1. *probl.* 13. ait enim eo loco: *Cur mutationem aquarum grauem, aeris vero non grauem eſſe affirmant? an quod aqua corporibus eſt alimentum; aer autem nullum exhibet alimentum.*

3. Idem oſtenditur autoritate Gal. *lib. de pulſ. cap.* 24. vbi ſic habet: *Aqua omnium, quæ offeruntur, minimum præbet alimentum*: ex quibus quidem autoritatibus inferunt nonnulli, aquam tenuiſſimi, ſed tamen alicuius alimenti eſſe.

Nec

Nec huic opinioni deeſt ratio, quia *non eſt maior ratio, quare aer nutriat, quam aqua; ſed aer nutrit ſpiritus* (vt capit. 2. *huius tract. quæſt.* 4. viſum eſt) *Ergo & aqua nutrit.*

Negantium His tamen non obſtantibus, pars oppoſita verior & probabilior videtur, quam quidem Valeſ. *lib. 6. controuerſ.* 6. refert communem, & ab omnibus Medicis receptiſſimam eſſe & probatur in primis autoritate Galen. 4. *de vſu part. cap.* 5. vbi aquam vehiculum appellat alimenti, & ſimul cum appellatione vſum eius oſtendit, dicens: *Neque enim ex ventriculo in venas commode tranſumi poterat chymus iam ex cibis factus, neque facile tranſire venas, quæ ſunt in hepate, & multa, & anguſta, niſi tenuis quidam & aqueus humor fuiſſet ei admixtus, vt vehiculum.* Eadem ſententia habetur 3. *de ratione vict. comment.* 17. vbi ſic ſcriptum reliquit Galen. *At quæ nullo modo nutriunt ſicuti aqua, ea virtutem, neque ſummè imbecillitare, neque roborare quiſpiam vere dixerit.* Idem etiam ſignificauit Galen. 4. *Aph.* 13. cum dixit: *Aqua vero nec epota, nec extrinſecus occurrens apta eſt ſolidas animalis partes humectare.*

Deinde ratione confirmatur hæc ſententia (quæ quidem deſumitur ex Ariſt. *lib. de ſenſu & ſenſ.*) *nullum ſimplex elementum poteſt corpus mixtum nutrire; ſed aqua eſt ſimplex elementum: Ergo non poterit corpus nutrire*: maior pro-

probatur, quia potentia debet proportionari obiecto: inter ſimplex autem & mixtum non datur proportio, ſicut inter corporeum & incorporeum.

Nec valet dicere; aerem & halitus odores eſſe tenuioris ſubſtantiæ, quam aqua, & tamen nutrire. Nam dico, ex illis nullum firmum membrum nutriri, ſed ſolum ſpiritus generari, qui parum abſunt ab ipſo aere.

Ad autoritates vero in oppoſitum adductas facilis eſt reſponſio. Ad primam ex Hip. *3. de ratione vict. citato*. Dico illum per verbum, *potentior*, non ſignificaſſe, aquam eſſe alicuius nutrimenti, ſed eſſe alicuius potentiæ, nempe quod tardius exoluantur homines, vtentes ſola aqua, quam hac priuati: quia aqua humectans os ventriculi prohibet reſolutionem. *Reſponſio ad autoritates.*

Ad 2. ex Ariſt. deſumptam. *1. probl. citato*. Dicendum eſt, eum ſolum loqui de aquis medicinalibus, quales ſunt *aqua mellis, fœniculi, & aniſi*; ipſe enim ſtatim addit, aquarum multas eſſe ſpecies, ſimplicis vero aquæ vnica tantum eſt ſpecies, quare de illis loquitur, quæ ratione permixtionis poſſunt nutrire.

Vel poſſumus reſpondere, & melius cum Patauino, *in commento* Ariſt. verba, *Aqua corporibus eſt alimentum*, eſſe ſic intelligenda, id eſt, *veluti* alimentum, quia ſemper cum cibo ſumitur, faciens ipſum penetrare.

Ad

Ad 3. Gal. autoritatem, *lib. de pulſ. citato*, dicendum eſt, eum non dixiſſe aquam minimū alimentum præbere, ſed *minimam permutationem*, ita enim reperitur, in emendatis codicibus. Vel poſſumus dicere, quod minimum præbeat alimentum, non per ſe, ſed per accidens, quatenus, ſcilicet, alimenti diſtributioni inſeruit.

Ad vltimam rationem, bene *ſupra* reſponſum eſt, *cap. 2. huius tract. quæſtione 4.*

QVÆSTIO III.

De delectu aquæ.

Bonitas aquæ ex quibus iudicanda.

ADuertendum eſt, bonitatem aquæ (quæ vniuerſis hominibus, tam ſanis, quam ægris communiſſima eſt, & ad vitam maxime neceſſaria) iudicandam eſſe *ex guſtu, viſu, & olfactu*, iuxta ſententiam Galeni *libro de ptiſana, capit. 1.* & 4. *ſimpl. capit. 3.* Ex *guſtu*, quia nec aciditatem, nec ſalſitudinem, nec acrimoniam aliamue vllam qualitatem debet referre. Ex *viſu*, quia debet eſſe ſyncera, & pellucida ac tenuium partium. Ex *olfactu* denique, quia nullam odorabilem qualitatem debet referre, quæ nares feriat.

Aquarum differentia.

Secundo aduertendum eſt, aquarum nonnullas eſſe differentias à loco, vnde manant, à ſubſtantia, & illius qualitatibus deſumptas: nam

nam alia eſt fontana, alia pluuialis alia putealis, quædam fluuialis, alia lacuſtris, alia glacialis, alia denique niuoſa.

Tertio aduertendum eſt, ex dictis, aquam fontanam eſſe optimam (hæc enim vt 1. *de ſanit. tuend. cap.* 15. affirmat Galen.) aliis omnibus eſt præferenda, vt quæ nimirum, & guſtu iucunda, & omnis qualitatis expers celeriter præcordia permeet, licet non omnis fontana, his dotibus prædita ſit, vt *cit.* docet Galen. niſi ſolum illa, quæ ad orientem Solem curſum habet: hæc enim & cito calefit, & cito refrigeratur, quod optima aqua habere debet iuxta ſententiam Hip. & Gal. 5. *Aph.* 26. *Preterea* debet etiam fluere è ſublimibus locis, atque ex profundiſſimis fontibus emanare: hæ enim aquæ (vt ait Hippoc *lib. de aere, aquis & locis*) & dulces ſunt, id eſt, ad potandum ſuaues, & gratæ, & hyeme calidæ fiunt, æſtate vero frigidæ. *Quæ optima.*

Quod vero attinet ad *pluuiales* aquas, verum quidē eſt, illas leuiſſimas, dulciſſimas, tenuiſſimas, ac ſplendidiſſimas eſſe, vt conſtat ex generatione ipſius aquæ. Sol enim, id, quod tenuiſſimum eſt, in aqua & in terra educens, ſurſum rapit, atque attollit. Cæterum oportet, vt decoquantur & percolentur, vt quidquid craſſum è nubibus deductum, in ipſis relictum eſt, deniciatur, alioqui facile putreſ- *Pluuiales.*

cunt ob tenuitatem, & odorem prauum habent, & raucedinem, vociſque grauitatem bibentibus facere affirmauit Hip. *li. de aere, aquis, & locis*: Illi ergo, qui ſanitatis fuerit obſeruãtiſſimus, magis præſtabit vti aqua fontana, quam pluuiali; inter pluuiales autem eam laudat Hippoc. *6. Epid. ſect.* 4. *tex.* 17. quæ ab æthere cum tonitru excreta eſt, eam enim temporariam vocat, ſicut procelloſam malam.

Aquæ ciſternarum. Et ſi petas, num aquis in ciſternis collectis vti liceat? Reſpondeo, *regulariter ad ſanitatem non conducere*, quia ciſternas non ſatis mundas habemus, & plerumque male incruſtatas, nec probato cemento litas, vnde facile putredinem contrahere aqua ſolet, ob idque ſaluberrimum ducerem aquaria omnia vaſa, in quibus aqua ad vſum aſſeruatur, *è duriſſimo lapide, aut teſta duriſſima, eaque intus incruſtata fieri, in vaſorumque fundis, aut arenam fluuiatilem, aut glaream craſſiuſculam indere, motumque aliquem aquæ procurare, quo dimoueri & agitari*, ne putredinem contrahat, poſſit, in quem vſum piſciculos viuos ad motum excitandum iniiciendos cenſerem, ſic enim & purior euadet aqua, & diutius ſalubris poterit aſſeruari.

Ex quo ciſterna paranda.

Puteales. *Puteales* autem aquæ fontanis & pluuialibus longe deteriores habentur, præſertim ſi earum ductus, aut minerales aut limo, cœnoue ob-

ue obducti fuerint, huiuſmodi enim putredinoſæ eſſe ſolent, nec mirum id vitii putealibus ineſſe aquis vt plurimum, quia hæ; non ſua virtute prodeunt, ſed aliena, & manufacta, ſcilicet effoſſa terra per terreos anfractus, vbi ergo fontanæ & pluuiales aquæ defuerint, puteali vtendum erit, ſed cuius putei os orientem, ſi fieri poſſit; ſpectet, ſitque aperto, & patenti cœlo expoſita, non anguſtis locis concluſa, nec ſordido fundo obſita; ſed leuiter petroſo ac nitido.

Quod attinet ad *fluuiales*, illæ potiſſimum reprobantur, quæ è magnis fluminibus aſſumuntur, in quæ alia deferuntur, nec immerito, quia cum longiſſimo tractu, per varia terreni genera decurrant, modo ſabulum, limum, cœnumque, modo ſalem, arenam, argillam, & ſimilia deportant, ex quibus varia morborum genera oriri ſolent, verbi gratia, renum affectus, coxendicum mala, lienis, & viſcerum obſtructiones, &c. Quibus igitur ſaluberrimi fontes deſunt, & fluuiali aqua vti coguntur, magna cautione ac prouidentia vti debent, ne pro ſalubri vitioſam hauriant. Item è medio gurgite plenoque fluminis alueo ſumenda eſt, non ex littore, ratio eſt, quia, quæ pleno flumine fertur, ob motum & Solis ſplendorem tenuior, dulcior, & defœcatior eſt, atque ſalubrior, quæ *Fluuiales.*

vero ex littore petitur: cœnoſa, grauis, ſordida, lutulenta, ac proinde vitioſa eſt.

Aqua ſtagnorum.

Praterea aquæ ex ſtagnis deſumptæ vbi omnis generis fluxiones decurrere ſolent, valde morboſæ ſunt, vt conſtat ex Hip *lib. citato de aere*, & ex Galen. *1. de ſan. 15.* propter commixtionem aquarum, ſicut etiam omnis *aqua lacuſtris & paluſtris* inſaluberrimæ prorſuſque, ceu peſtilentes & morboſæ cauendæ; cum enim motu careant, ſordidæ ſunt, craſſæ, turbatæ, impuræ & male olentes, vt vult Hip. *cit. lib.* Item ab eadem cauſa *glaciales aquæ & niuoſæ* reprobandæ ſunt, tãquam vitioſæ, vt idem Hip. *cit.* aſſerit. Si vero *ibidem* ſanos homines aqua vti obuia nullam deligentes, præcipit Hipp. intelligendus eſt, dummodo non ſit ſimpliciter vitioſa, vt *in principio huius tract.* abunde à nobis dictum eſt.

Problemata.

Reſtat nunc, vt nonnulla problemata de aqua ſoluamus. *Primum* eſt, *cur aquæ potus oblectet poſt eſum dulcium*? Reſpondeo, cauſam eſſe, *quia oblectatio ſeu voluptas conſiſtit in reductione ad temperiem*, ſicut dolor in receſſu à temperamento: Cum ergo aqua poſt dulcia ſumitur, inflãmatio à dulcibus facta, aquæ potione emendatur: hæc etiam eſt cauſa, ob quam poſt carnium pinguedinem, & ventriculi laxitatem, veteris caſei exſiccatio oblectat, poſt piſcium lentorem incidentia, ſcilicet, mel & nuces;

1. Cur aqua pota delectet poſt eſum dulcium.

poſt

poſt ſalſi denique exſiccationem diluti vini potio.

Secundum, quare aqua potus ebrietatem non inducit, ſicut vinum? Dico, cauſam eſſe, *quia ad ebrietatem requiritur euaporatio calida penetrans corporis meatus, præſertim cerebri*; hæc autem non reperitur in aqua, ſed in vino, ſic etiam corrigia frigida aqua non bene emollitur, ſed calida ob penetrationem. 2. *Quare aqua potus non inebriet*

Tertium cur aquæ potatores ſunt viuaciores & pinguiores? Dico, cum Auic. 3. 1. *d.* 3. *ca.* 4. cauſam eſſe, *quia aqua præter vſum ſupradictum*, nempe, quod ſit vehiculum alimenti, *habet etiam alium non inferiorem, ſcilicet vt permixtione ſua remoretur velocem alentis humidi ex calore inflammationem*, quem vſum cordi, ceu vehementer calido præſtat, vltra potum aer; & oleo lucernæ admixtum ſal, dum enim nonnihil liquatur tenuis humiditas oleo permixta, facit, vt multo magis duret oleum, nec tam cito ardeat; adde in potu vini plures errores cõmitti, quàm in potu aquæ ob ſitim voluptuoſam. 3. *Cur aquæ potatores ſint viuaciores & pinguiores.*

Et ſi petas, num aqua vltra duos dictos aliquem alium obtineat vſum? Reſpõdeo, alium dictis non inferiorem à Galen. 5. *de vſu part.* 3. ſcribi, videlicet, vt attenuatione ſucci in ventriculo eliciatur & prematur nutritura humiditas ex alimento exucceturque ex toto, id, quod faciunt artifices in extrahendo oleo *Tertius aquæ vſus & potiſſimus.*

ab oliuis, dum ſacculos oliuis tritis plenos aqua calente perfundunt, & in extrahente ſucco amygdalarum, & cuiuſuis alterius fructus; premitur enim dentibus alimentum, mandatur ad ventriculi ſacculum, perfunditur multa aqua, vt ita integer alimenti ſuccus exhauriatur; extracto autem ſucco, quidquid terreũ eſt, per inteſtina deſcendit, ſuccus vero ad vaſa totius, & potus ad veſicam delabitur, non ſecus quam in oleo extrahendo ſeorſum terreum linquitur, oleum innatat, amurca labitur.

Quod vero inter tres vſus aquæ tributos hic poſtremus potiſſimus ſit, illud eſt argumẽtum, quod ab hepate ſtatim ſecedit à ſucco ſerum, tanquam peracto iam munere ſuo; nam ſi ſolum deferendi ſucci gratia potus ſumeretur, oporteret ipſum hepatis partes trãſire vſque ad extrema vaſa, ſiquidem præcedentibus ſunt multo anguſtiora.

4. *Num aqua per coctionem reddatur ſalubrior.*

Quartum problema: *Num aqua per coctionem reddatur ſalubrior?* Vulgus Medicorum credit, aquas omnes eſſe decoquendas tenuitatis & puritatis gratia, quaſi aqua per coctionem euadat purior, & tenuior ac proinde ſalubrior. Habet hæc ſententia pro ſe Ariſtot. 4. *Meth.* vbi omnia craſſeſcere præter aquam expreſſe affirmat: habet etiam pro ſe Auicen. 2. 1. *d.* 2. *capit.* 16. ſic aſſerentem: *Et torpidi quidam* *Me-*

Medicorum exiſtimant, quod aqua cocta ſubtile reſoluatur, & ipſius remaneat ſpiſſum.

His tamen non obſtantibus, quæſito ſequens ſatisfacit concluſio; *aquæ tenuiſſimæ, limpidiſſimæ, & puriſſimæ, coctione deteriores, & craſſiores redduntur; quæ vero contrariæ ſunt, longe præſtantiores & ſalubriores percoctionem euadunt.* Prior pars huius concluſionis colligitur ex Galen. *6. Epid. ſect.* 4. *tex.* 10. vbi optimas aquas non coquit: nam per inſenſibilem halitum, quod tenue eſt, ab aqua, dum coquitur, tranſpirat, ſupereſt vero, quod craſſum eſt, prçterquam, quod aquæ coctæ guſtui ſunt ingratiores. Poſterior vero pars deducitur ex eodem Galen. *loco citato*, vbi eas tantum aquas eſſe coquendas docet, quibus aliquod ineſt vitium, quod coctione emendari poſſit: allata ratione, quia refrigeratæ ſubſidentiam terræ in fundo vaſis relinquunt, quæ cum tota aqua, prius quam caluiſſet, confuſa erat: caloris enim eſt heterogenea, ſeiungere, homogenea vero congregare & vnire: ob hanc rationem decoquit Gal. aquas paluſtres, limoſas, lutulentaſque & crudas, quæ à veteribus indomitæ nuncupantur, quales videntur eſſe illç, quç auerſum Solem habent, non fluentes ad ortũ, & quas Solis radii nunquam attingunt, vt puteales, aliaſque craſſiores, frigidioreſque,

queꝫ niſi arte noſtra extenuentur ac rareſcant, perpetuo ineptæ potui ſunt, commode ergo dictarum aquarum craſſities opera ignis extenuatur, grauitas minuitur, & durities molleſcit.

Cur mica panis ſemiaſſata & calens in hyeme aquæ inniciatur.

Quamuis autem Galen. laudatiſſimam aquam non concoquat, nihilominus per hyemem eam nonnihil decoquere, aut in eam micam panis ſemiaſſatam calentem immittere non damno, *non ſolum, vt frigus obtundatur, quod pleriſque noxium eſſe ſolet, ſed vt ex frigore contracta craſſities calore diſſoluatur, attenueturque*, quod enim per hyemem aqua craſſeſcat ex ambientis frigore, quotidianum teſtatur experimentum (vt egregie annotauit Plutarchus) nam clepſydræ tardius multo hyemali tempore profluunt, quam æſtiuis horis, ob aquæ condenſationem ex ambientis frigore obortam.

An & quæ aquæ per coctionem fiant tenuiores.

Nec priori ſuprapoſitæ concluſionis parti aduerſantur Ariſt. & Auic. *locis ſupracitatis*, inſinuantes, aquam per coctionem reddi tenuiorem, id enim de vitioſis aquis intelligẽdum videtur, in quibus quædam pars vi caloris in vaporem diſſoluitur, alia in ſpumam cogitur, alia denique vaſis lateribus hæret, aut fundo ſubſidet, ſeparatione autem prędictarum partium aqua euadit tenuior ſalubriorque; diuerſimode ſe res habet in aquis tenuiſſimis

Quæ craſſiores.

lim-

limpidiſſimiſque; hæ namque per coctionem craſſeſcunt reſolutis partibus tenuibus, quibus tenuiores & lucidiores apparebant, vltra quod guſtui inſuauiores euadunt.

Quintum problema, *leuitas, quæ in aqua laudatur, quo pacto probetur?* nonnulli eam ſtatera explorandam eſſe autumant, in quorum numero eſt Auic. 2. *1. doc. 2. cap. 16.* quo loco duos dat modos penſionis: vel ſcilicet, aquæ librationis, vel pannorum duorum, qui æquali pondo pendentes madefiant in aquis illis librandis per ſe ſinguli eorundem exſiccatorum, qui grauiori pendet pondere, grauiori aqua madefactus fuit: adeo autem inualuit vſus penſionis aquæ hoc noſtro ſæculo, vt Regum Principumque potibus aquas deſtinatas, examinandaſque illa trutinæ libratione miniſtris committant. 5.

Leuitas in aqua laudata quo pacto probetur.

His tamen non obſtantibus dicendum eſt, leuitatem illam, quæ in aquis probatiſſimis expetitur, non ſtatera eſſe explorandam, *ſed ex eo, quod cito caleſcit & cito refrigeratur.* Prior pars deducitur ex Hipp. *lib. de aere, aquis & locis,* vbi ex pondere non colligit bonitatem aquæ, ſed differentiam. In eadem ſententia eſt Eraſiſtratus, qui apud Atheneum decipi eos putat, qui tali vtuntur libræ experimento, atque ſe id expertum in aqua Amphiarati, atque Erethriæ, quarum altera vitioſa, altera vero opti-

Digitized by Google

ma erat,nullum autem in pondere diſcrimen deprehendiſſe fatetur. Poſterior pars colligitur ex Hip.5.*Aph.*26.& ex Gal.*lib.de ptiſ.c.*2. vbi leuem aquam non pondere æſtimandam, verum eo,quod partium tenuitate præpolleat,& facile contrarias qualitates recipiat, expreſſis verbis affirmat: ſi verò Gal.*alibi* ex pondere leuitatem aquę eſſe ſumẽdam inſinuat, id ita intelligatur,quod ſi ad alia bonitatis argumenta,illud quoq; acceſſerit,non obſit,docens fidendum eſſe magis ad veram aquæ electionem ipſius ſcaturigini,principio,& vẽtis, verſus quos aqua defluit, itẽ fluxui ipſius verſus orientem,aliiſque *ſupra* relatis & ad bonitatem aquę facientibus,quam ponderi ipſius.

Num aqua ad ſanitatis conſeruationem debeat eſſe actu calida, an frigida.

Potus calidi incommoda.

Sextum,num aqua ad ſanitatis conſeruationem debeat eſſe actu calida,an frigida? Dico,aquam *regulariter* corporibus ſanis actu frigidam conferre, nam calidus potus, ex ſententia Hipp. & Galen. hæc mala parit,faſtidia cibique auiditatẽ minuit,viſcera cõtriſtat,deiicitq; eorũ vires,neruos effœminat,mentis torporẽ efficit, animi deliquia,ſanguinis profuſiones: dixi,*regulariter*,quia ſi vẽtriculus frigidus ſit, ac debilis,potũ calidũ facilius & abſq; noxa tolerabit.

Modi aquã refrigerãdi.

1.

Sed quibus modis redditur aqua frigidior? Dico Hip.6.*Epid.ſect.4.tex.* 8. duos pręparationis modos aquæ frigidæ recenſere, quorũ primus eſt,vt aquam,quam infrigidarę cona-

mur

mur, prius decoquamus excalfaciamuſue, vas autẽ, in quo aqua continetur, nõ plenum eſſe docet. 2. Modus infrigidandi aquã eſt, vt vas appoſitionem habeat, ſeu operculum. Prius quidem decoctam eſſe oportet, vt magis refrigeretur, ob duplicem cauſam. *Prima* eſt, quia ita aer frigidus, eandem fortius oppugnare poteſt: frigida enim ſi permanſerit ab aere frigido non alterabitur, 2. Eſt, quia per coctionem aqua redditur tenuior, quo autem aqua eſt tenuior, eo facilius ab aere alteratur iuxta ſententiam Hip. 5. *Aph.* 26. vas vero non plenũ eſſe oportet, quia ita aer frigidus intra ſpatium, quod eſt inter aquam & operculum receptus, aquam vehementius infrigidare poteſt, quod quidem verum eſſe, vinum teſtatur, quod vbi cooperculo caret, facile in vaſe coaceſcit, & multo citius, ſi vas, in quo detinetur, non plenum fuerit, aer enim tunc ſubintrans multo promptius vinum in alienam qualitatem permutare poteſt. Vaſculo autẽ diligenter oppleto aqua refrigeratur, ſi ipſum vas aqua frigida mergatur, aut defluxus aquæ in ipſum cum ſtrepitu decidat, quem modum refrigerationis recenſet Gal. 2. *ſimpl.* 7. agens de oleo, eiuſque refrigeratione.

Cur aqua cocta facilius refrigeretur.

Cur vas nõ debeat eſſe plenum.

Alios multos refrigerationis modos adferunt recentiores, ex quib. nonnulli vnum, alii vero alium, & tandem quiſq; pro voto ſuum, vt

Alii modi recentiorum refrigerandi potum.

vt ſibi placet, aut prodeſt, eligit. Nam quidam refrigerationem ex aqua puteali eligunt magis, alii in profundum puteum aquam immergunt, quam plurimi in ſubterraneis locis & ſpecubus recondunt. Item alii pernoctare in altis domus locis aquam ſinunt, poſtea ante Solis ortum aſſeruant: non deſunt alii, qui agitata phiala aqua plena ipſam refrigerent, ſicut & alii ſunt, qui per noctē aquam frigidam ſuper amphoram ſpargunt, poſtea pannis coopertam recondunt, etiam apud quoſdam inualuit, plurimum potus refrigerare nitro: vltra quos omnes refrigerandi modos (quamuis faciles ſint, & non plurimum graues aut periculoſi) humana curioſitas alium refrigerandi potus adinuenit modum, ſcilicet, vaſcula aqua vel vino plena, niue circumdando, vel eam vaſis quibuſdam incluſam intromittendo, dummodo aquam vel vinum immediate non tangat.

Quia vero noſtris temporibus prædictum refrigerationis modum fere omnes nobiles ſequuntur, opportune agemus, ſi de eo longiori oratione verba fecerimus.

Num potus niue refrigeratus ſanitati ſit conueniens. Rationes &

Num ergo talis potus niue refrigeratus ſanitati conferat, videndum eſt, an è contra, tāquam reprobus & periculoſus ſit reiiciendus. Et in primis, quod ſit reiiciendus, deducitur ex Hip. 5. *Aph. per totum*: vbi frigidum potum ſpirandi

ſpirandi difficultatem, tuſſes, ſanguinis fluxiones pulmonis, vaſis diſruptis, conſtrictiſque ob frigiditatem inducere, cerebrum inualidare, ventriculum imbecillitare, denique multa alia efficere mala, expreſſe docuit, vt conuulſiones, diſtentiones, rigores febriles, &c. *Autoritates negantium.*

2. Colligitur eadem ſententia ex eodem Hip. *lib. de aere, aquis & locis*, vbi niuoſas aquas plurimum damnauit, dicens: *at vero aqua ex niue & glacie omnes malæ ſunt.*

Nec huic ſententiæ deeſt ratio, nam *illud reiiciendum eſt à Medico, qui ſanitatem conſeruare nititur, quod maxime vires debilitat, & vitam minuit: ſed potus niue refrigeratus talis eſt*; *Ergo.* Minor oſtenditur, quia cum calor naturalis ſit commune omnium virtutum inſtrumẽtum, nimia potus frigiditas ipſum offendet, ac corrumpet, ex quo vires debilitari, vitamque minui eſt neceſſe.

His tamen & aliis non obſtantibus frigidum aquæ potum, ac niue refrigeratum, non ſolum non reprobo, imo vero eum ſanitati conducere affirmo quem nec renuit Galen. nec antiquitas damnauit, nec Auic. improbauit, nec experientia diſſuadet, imo potius eundem ſacræ literæ confirmant; nam Galen. *lib. de cib. boni & mali ſucci prope finem*, non ſolum frigidum potum, ſanis conferre ait, ſed *Opinio autoris.*

etiam

etiam fructus & cibaria pleraque refrigerata concedit,rationem adiungens, ne ſ. æſtu forti & exercitatione inflammati in cauſones incidant,quorum generationes Hip.*libris de ratione victus* deſcripſit.Idem etiam Gal. *6. Epid. citato*,ſic habet: *Hac ergo ratione cùm aquam frigidiſſimam reddere voluerimus, niuem habentes,prius feruefacta aquâ ipſam exterius circumpone;ſed niue carentes,in puteo ſeu amne labente,ipſam priùs calefactam,vt facilius permutetur, refrigerabimus.* Præterea refrigerãdi per niuem modus, vt ea vaſculis circumponeretur, valde frequens Romæ fuit,ac per eam vina, cæteroſque potus, item fructus refrigerabant,præſertim quidem decoctam aquam; quem refrigerationis modum ex Nerone Romanorum principe,acceptum eſſe,viſus eſt Plinius affirmare *lib.31.cap.3.* ille enim referente Plin.decoctas aquas vitreis vaſis docuit primus ſub niue recondi, quod factum eſſe Andromachi conſilio,multi dicunt,quamuis Gal. id Seueris Imperatoribus conſuluerit. Alexander etiam Petræ ciuitati Indiæ obſidionem parans, triginta magnas foſſas excauauit,quas cum niue repleuiſſet,vt Athenæus refert,ramos quernos ſuper iniecit,vt diu durare poſſet ad potus delicias militibus comparandas.

Nec etiam Auic. prædictum refrigerationis modum improbauit,dicens,*2.1.tract.2.ca.*

19.quod

19. quodſi aqua glacialis ex aquis malis fuerit, aut fuerit nix virtutem contrahens malam & extraneam à locis, in quibus cadit, erit melius, vt cũ ea infrigidetur aqua exterius, prohibendo ipſam à permixtione eius.

Nec vſum prædictum diſſuadet experientia: compertum enim eſt, quã plurimos, tum Ciciliæ, tum etiam Romæ, ac deniq; Madritenſi oppido, ante vſum niuis è vita diſceſſiſſe, quos modo prædictus aquæ frigidæ potus, nõ ſolum à morte liberat, verum etiam à morbis immunes conſeruat: quod vero ſacræ literæ eundem aquæ frigidæ potum agnoſcant, conſtat ex *c. 25. Prouerb.* in hunc modum: *Sicut frigus niuis in die meſſis* (hoc eſt æſtate) *ita legatus fidelis ei, qui miſit eum animam ipſius requieſcere facit.* Et *paulo infra: Aqua frigida animæ ſitienti, &c.* per animam vero, ipſa reſpiratio intelligitur, ſine qua vita, animaq; in corpore durare nequit, vt optime notauit inſignis Valeſ. *de ſacra Philoſophia cap. 61*, dummodo tamen aqua, infra poſitis conditionibus ſumatur, aliter mirum in modum nocebit.

Suadetur prædicta ſentẽtia, ea potiſſimum ratione, quia cum potus ſitis gratia adhibeatur, & hæc ſit appetitus frigidi, ſiquidem à calore ducit ortum, relinquitur, ſubſidium ſitis, nempe potum, debere eſſe frigidum, eoq; frigidiorẽ, quo ſitis fuerit intẽſior: talis a. ſi fuerit potus appetitũ ad cibũ excitat, docẽte Auic.

cit.

cit.naturalem calorem robuſtiorem efficit,a-ctioneſque omnes roborat, & ciborum aſſa-tionem impedit; denique principalia omnia membra temperat, item ſitim citius extin-guit, & minori potus quantitate, ac per lon-gius interuallum, tandem, præternaturalem effluxum,ſpirituumque citam reſolutionem prohibet, remorando calidi in humidum a-ctionem.

Ex quo quidem refrigerationis modo nihil mali aqua acquirit, ſed tantum impenſe frigida,guſtuique ſuauior redditur, & tandiu refrigerari poteſt,quamdiu quiſque voluerit, ob quam cauſam commodior reliquis cenſe-tur; ſiquidem vnuſquiſque metiri poteſt, quantam velit in potibus, refrigerationem, quod in aliis refrigerationis modis minime reperitur.

Quamuis autẽ aqua niue refrigerata præ-dictas dotes habeat,nihilominus, cum videa-mus plures ſolo aquæ niue refrigeratæ potu immatura morte correptos,alios, quibus vẽ-triculũ perdidit,thoracem compreſſit,fauces exaſperauit, articulos etiam, & totum corpus vltra modum refrigerauit, tormina commo-uit,& alia pene innumera mala,quæ paſſim a-pud incautos viſuntur, conſiderare oportet, refrigeratum potum per ſe id minime effice-re,ſed improbam bibendi rationem, & index rerum

rerum vſum, quibus ſæpe etiam, eadem mala alimentis familiariſſimis, & temperatis potibus ſuperueniunt, vt de intempeſtiuo potu ab exercitio Hip. refert *6. Epid. ſect. 6. prope finem*, quo loco, quendam ex copioſo aquæ frigidæ potu, poſt luctam obiiſſe tertia die recenſet.

Vt ergo quiſque huiuſmodi potu niue refrigerato libere, & citra aliquod periculum, quin imo maximo ſui commodo vti valeat, ſequentes obſeruare oportet conditiones. *Conditiones vſus aquæ frigidæ.*
1. *Prima* ex anni tempore deſumitur; nam calida æſtuantiaque tempora iure optimo prædictum exoptant potum, talia ſunt illa, quæ à medio vere aut vltima eius parte, ad primam aut mediam autumni extenduntur, præſertim dum in calida æſtuantique temperie perſeuerauerint; idem de regionibus ſubaudire licet, nam in calidis & æſtuantibus locis liberalius, audaciuſque licebit hos potus porrigere.

2. *Secunda* conditio corporis naturam, cui talis potus tribuitur, ſpectat; ſolum enim robuſtis & exercitatis confert, vt videre eſt apud Galenum *lib. de cibis boni & mali ſucci*, quo loco pueros, & ſenes ab hoc potu arcet, ob virium imbecillitatem, & reliquos omnes, qui aut imbecilles ſunt natiuo temperamento, aut vitam aguntotioſam, ſedentariamque: cor-

poribus vero exercitatis, natiuaque ſorte robuſtis eum tanquam proficuum concedit, præſertim, ſi pueritiam prætenerunt, & nondum ſexageſimum annum attingunt.

3. *Tertia* conditio, ex ventriculi & viſcerum natura depromitur; Quamuis enim complexio totius optima ſit & ætas florens, ſi tamen ventriculus, aut ob naturalem à principiis cõſtitutionem, aut ob aliquod vitæ erratum, aut affectum aliquem debilis extiterit, vt ſæpe cõtingit, nulla ratione frigidæ potum ſuſtinere poterit, quinimo protinus ab eo læditur: Robuſtus ergo ventriculus ſit oportet, & calore valido præditus, qui refrigeratum niue potum ferre debet.

4. *Quarta* conditio ex refrigerationis menſura pendet, quæ talis eſſe debet, vt coctionem non impediat, à ventriculoque facile feratur; iuxta quam tolerantiam intenſius, remiſſiuſue refrigerare licebit, nam immenſam in potu frigiditatem, qualis in niue reperitur, damnauit Hippoc. *lib.* 2. *de diæta*, & 6. *Epid. ſect.* 5. *tex.* 27. dicens: *cibos & potus, humiditatem in corpore congelare, ſi excellenter frigida fuerint*: potum ergo niue refrigeratum ab ea temporis breui ſpatio ſeparare oportet, vt ab eius offenſis liberemur.

5. *Quinta* conditio frigidi potus quantitatem conſiderat, cum enim largus in ſanis potus vltra

tra nimiam refrigerationem ſua natura nullum præſtet vſum, ſed fluctuationem efficiat, coctionem vitiet, acidum eructare cogat, & ventris robur deiiciat, à fortiori largus niue refrigeratus potus & breuiori tempore prædicta omnia efficiet mala, paruam autem frigidiſſimæ aquæ quantitatem ventriculus facile ſuſcipiet, & tolerabit, ac tanquam multis vſibus proficuam auide complectetur, & fortaſſe de largo aquæ frigidæ potu procedunt rationes in oppoſitum *ſupra* adductæ.

Sexta conditio ex inanito, vel repleto ventriculo ſumitur; nam frigidæ potum facilius ſuſtinet ventriculus ab aſſumpto cibo, quam, cum ex toto alimentis caret; nerueа enim illa, & membranoſa ventriculi ſubſtantia facile à frigidæ aquæ contactu alteratur, corrumpiturque; quapropter, qui frigidam bibere cupiunt, id ſine cibo pertimeſcant, facilius namque tolerat frigiditatis inclementiam venter, dum à cibo aliquo obducitur, protegiturque, quam dum nudus eam ſuſceptat. 6.

Septima conditio, ne frigidiſſimus potus noceat, bibendi modũ cõſiderare iubet, qui quidem lentus & paulatinus eſſe debet, non ſubitus, nec repẽtinus; facilius enim eſt, maiorem frigiditatem ſuſtinere, vbi lente & paulatim ingeritur potus, quam minorem, vbi confertim & ſubito; quod enim paulatim fit, tutũ eſt, 7.

H 2 maxi-

maxime cum ab altero ad alterum tranſitus fit *2. Aph. 51.*

8. *Vltima* conditio ex aſſumentis conſuetudine deſumitur; aſſuetus namque frigidæ potui liberalius, tutiuſque eo niue refrigerato vti poterit, & citra illum damnum; aſſueta enim minus moleſtare ſolent inſuetis, 2. *Aphor.* 50.

Reſponſiones ad obiecta. Reſtat, vt reſpondeamus rationibus & autoritatibus, quibus nonnulli tantopere potum niue refrigeratum dare reformidant. Omnes enim ſi quid probant, ſolum concludunt improbam bibendi rationem, indexterumque frigidi potus vſum, maxime periculoſum eſſe, & quam plurima efficero mala, quæ quotidie experimur & *ſupra* relata ſunt: ſi vero prædictæ conditiones, in eius exhibitione ſeruentur, non ſolum non nocet, imo vero quam plurimas vtilitates corporibus affert de quibus *ſupra.*

Ad Hip. vero *citatis locis*, dicendum eſt, eius ſententiam de niuoſæ aquæ potu, aut quæ ex gelu inſtillatur, intelligendam eſſe, nam hæ prauæ, & tanquam pernitioſæ damnandæ ſunt: Item ſimiliter intelligendum eſt de niue in potu liquefacta, ſiue ſit potus aquæ, ſiue vini, plurimum enim talis potus corporibus nocere ſolet.

Num potus niue refrigeratus proſit febricitantibus.

Si vero aliquis petat, *num talis potus aqua niue refri-*

refrigeratus febricitantib. conferre poſſit? Dico, eum commodiſſime & tuto talibus adhiberi poſſe, imo ſi ſanis confert modo *ſupra* dicto, à fortiori febricitantib. conueniet; *ſi enim aqua frigida potus*, dicebat Gal. *non lædit hominem ſanum, multo minus lædet illum febrientem, ob contrarietatem intemperamenti in febriente repertam*, quæ plurimum poteſt, ad reſiſtendum cauſis externis.

7. Problema, *cur potus aquæ duabus, aut tribus horis, poſt aſſumptum cibum noxie ſumitur ſexta vero, vel ſeptima hora à cibo, vtiliter?* Dico, aquam vltra alios vſus *ſupra* relatos, quendam non inferiorem obtinere, nempe alimentum; hoc eſt, confecta iam, & in chylum conuerſa cibaria ad iecur deferre, ſæpe enim talia ob aliquas cauſas adeo in ventriculo detinentur, vt facile vſtionem patiantur, cum ergo concocta fuerint, potu vti neceſſum eſt, quo facilius deſcendant, ſubeantque minima illa vaſa, per quæ ad iecur ipſa permeare tenentur, cog noſcimus autem, edulia cocta eſſe, vbi ructus nullam ciborum qualitatem refert, aut cum ſeptima, aut ſaltem octaua hora à cibo fuerit tranſacta, ex Auic. 13. 3. *tra.* 3. *c.* 8. nam ſi antea potum adhibueris, crudos cibos à ventriculo extrahes, & per corpus diſtribues, quod ſanitati valde nocet. Si ergo quiſpiam poſt perfectam in ventriculo coctionem ſiti fuerit mo-

7. Problema.

Signa edulia eſſe concocta.

leſtatus, aut grauitatem perſenſerit opportune bibet, quod fiet citra alicuius cibi ſumptionem, ne forte nouum cibum amplectens ventriculus alterius cocti iam detineatur deſcenſus, aut ſaltem nouum incoctũ diſtribuatur; niſi forte ventriculus ægre ſuſtinuerit frigidæ potionis contactum, nam tunc rationabile eſt, vti aliquo alimento, ne confeſtim ac ſubito frigida potio ventriculum irruat ac offendat. Et ſi aliquis petat, *num potus aquæ aliquando conferat parum ante ſomnum*, quod nonnulli ſoliti ſunt facere lectum petentes, cum magna vtilitate & plures annos, nullam inde noxam percipientes. Dico ex ſententia Celſ. eum maxime conferre ſiticuloſis; nã ex ſententia Hip. & Gal. 5. *Aph. 27. leuis ſitis ſomno, maior vero non niſi potu tolli poteſt*; facit etiã valetq; mirum in modum talis aquæ potio, ex ſententia eiuſdem Celſ. ad vapores cõprimendos à ventriculo ad cerebrum eleuatos poſt cibationem, vt optime aduertit Hieron. Mercurial. *in conſ. pag. 249.* ob quã cauſam Hip. ſæpe ægris cõcedit vinum dummodo paulo poſt *frigidã* aquã bibant: *frigidam* diximus, quia talis non ſolum attemperat, ſed etiã conſtipando & conſtringendo aſcenſum vaporum prohibet, qui ſitis ſolent eſſe cauſa.

Num potus aquæ conferat paulo ante ſom. nũ

§. 8. *Aquæ potus cur excitat appetentiam?* Dico, falſam non veram excitare appetentiam, quatenus,

Cur aquæ potus excitat appetentiam

tenus, ſcilicet, ſua frigiditate conſtringit os ventriculi, ad cuius conſtrictionem ſequitur diuulſio ipſius à venis meſeraicis, quæ appetentiæ immediata cauſa exiſtit; cum n. ad appetentiam famemq; naturalem quinq; concurrant ſymptomata, iuxta ſententiam Gal. *1. de cauſ. ſympt. ca.* 7. & cõſtet in ſumptione aquæ nullũ eorum cõcurrere, ſequitur aquã perpetuo falſam, nõ a. veram inducere appetentiã. *tet appetentiam.*

9. *Cur aquæ puteales tempore hyemali ſunt calidiores quam per æſtatem?* Ariſtot. *1. Metheor. cap. 3.* refert cauſam prædicti euentus, ad antiperiſtaſim, dicens: *caliditatem terræ per hyemem fugere nimiam aeris nos ambientis frigiditatem, ac proinde intro collectam & vnitam fortiorem euadere, è contra vero per æſtatem; caliditas enim aeris æſtiui calorem trahit è viſceribus terræ ad exteriora, aqua autem intro relicta frigidior manet.* *9. Cur aquæ puteales hyeme ſint calidiores quam in æſtate.*

Quamuis autem prædicta ſententia recipi poſſit, tamen probabilior videtur ea, quæ aſſerit, ex eo aquas puteales per hyemẽ eſſe calidiores, contra vero per ęſtatem, quia per ęſtatem, multus aer in terræ cauernis ventilans ipſam refrigerat, cõtra vero per hyemem calidior redditur ob defectum aeris euentãtis, obſtructis à plurima pluuia poris, illa enim, quæ non ventilãtur confeſtim caleſcunt, adeo vt ſi natura ſua calida ſint, vrantur, & effument, vt pelles compreſſæ, aut putreant, vt ſtercus,

vnitum, & frumentum aceruatum, quod quidem ardet, maxime humectatum, quoniam humor opplens poros prohibet reſpiratum.

Et ſi inſtes, hoc ſolum in mixtis eſſe verum, non autem in ſimplicibus, ſicut terra & aqua: Dico traditam ſententiam, non ſolum habere locum in mixtis, ſed etiam in ſimplicibus ſaltem his inferioribus, vtpote aqua & terra; hæc enim commercio ſyderum & elementorum calidorum de calore participant.

Quamuis autem Galen. 3. *ſimpl. cap.* 7. cauſam prædicti euentus, referat ad tactum noſtrum varie affectum, non negat, aquam per hyemem calidiorem eſſe re ipſa, quam per æſtatem; ſed ſolum addit tertiam cauſam eius apparentiæ, non ſolum enim in ordine ad tactum, ſed in ſe aquæ puteales & terræ viſcera magis calent per hyemem, quam per æſtatem, quod vltra dictos autores quotidianum monſtrat experimentum; videmus enim in hyeme extractam aquam à puteo profundo effumare, quod nunquam viſitur per æſtatem. *Praterea* hyeme radices ſtirpium creſcunt, ſicut germinant per æſtatem, quæ omnia terræ viſcera per hyemem calidiora eſſe oſtẽdunt viſceribus autem terræ calefactis aquas ſimul excalefieri non eſt mirandum.

10 10. *Aquam non potare interdiu, vel vino permixtam cur malum?* Dico cauſam eſſe, quia aqu

ſu

ſua frigiditate retardans remoranſque caloris in humidum actionem prolongat vitam, & ideo Germani & Flandri minus viuunt, quia ſcilicet perpetuo vino vtuntur, quamuis incipientibus ſeneſcere, vinum magis retardet ſenectam, 4. *ad Almanſorem cap. penultimo*, aliaſque multas vtilitates habeat 5. *de ſanit. vltimo.*

aquam non potare interdum vel vino permixtam.

11. Aqua cur non deponit humiditatem ſicut frigiditatem? Reſpondeo aquam vtramque qualitatem poſſe deponere, cæterum humiditatem difficilius; quod enim deponat frigiditatem, omnibus conſtat; quod vero etiam humiditatem poſſit amittere, colligitur ex Ariſtotele 2. *de generatione cap. 3.* & ex Alexandro Aphr. *lib. 5. cap. 6.* vbi ait, aquam cum tranſit in vaporem, amittere frigiditatem, cum vero in glaciem, humiditatem: ex eo autem difficilius amittitur humiditas in aqua, quia qualitates paſſiuæ difficilius ſeparantur, quam actiuæ. Si vero Galen. 4. *ſimpl. 2. ad finem*, aquam ſuam humiditatem non poſſe deponere affirmat, ſolum ſignificat difficiliorem eſſe trãſitum ab aqua in ignem, quam ab aere vel terra, elementa namque à ſymbolica difficilius tranſmutantur, quam ſymbolica, & ideo aqua in ignem tranſit intermedio vaporis, illa autem ſine medio.

II. *Cur aqua non deponat humiditatẽ, ſicut frigiditatem.*

Et ſi aliquis petat, *cur aqua tranſiens in gelu a-*

miſſa humiditate, non vocetur aqua, at vero aqua feruens, amiſſa frigiditate adhuc aqua nuncupetur, cum vtraque qualitas de eſſentia ſit aquæ. Reſpondeo, humiditatem, ſeu fluxibilitatem in aqua, apertiorem eſſe frigiditate (humiditas enim non ſolum agnoſcitur tactu, ſed etiam viſu, ideo apud vulgus amiſſa humiditate in gelu, non vocatur aqua, amiſſa vero frigiditate in aqua feruenti vocatur aqua.

12. *Cur aqua feruens in lebete vrat, & non fundus lebetis.*

Vltimum problema, *cur aqua feruens in lebete vrit, & non fundus lebetis?* Ariſtotel. cauſam huius euentus refert ad vim aquæ humiditate ſua extinguentis, obtundentiſque ignis in vas vehementiam; argumento eſt, quod ſi metallis præ ignis calore liquandis quidpiam aquę affundatur, liquari nequeunt: & hæc eſt fortaſſis cauſa, ob quam, ſi olla ad ignem, vel ſartago imponatur ſicca, comburantur, liquore plena annos durent, non modo menſes integra, nec combuſta: hæc etiam videtur cauſa, cur ex papyracea charta ſartago confecta, & prunis impoſita, affuſoque oleo charta integra, ebulliente oleo, oua friguntur; hæc denique videtur cauſa, cur animalium humidum ab interno calore intra triduum exhauritur, accedente vero alimenti ſucco & in ipſum calore conuerſo, eius actio ita retardatur, vt centum viuat annos.

Et ſi aliquis dubitet, cur idem fundus ante ebul-

ebullientem liquorem calefiat, quam primum autem ebullit, tepeſcat? cauſam cenſet, prohibitum calefaciẽtis halitus progreſſum, propter aquæ frigiditatem, & copiam, vnde moratus intra vaſis fundum exurit, ob quam cauſam feruẽs oleum plus quam aqua exurit.

Relicto tamen Ariſt. probabilius crediderim, cauſam prædicti euentus in eo ſitam eſſe, quod ignis in ſubiecto humido potentior redditur, quam in ſubiecto ſicco, vt videre eſt, in calce aqua perfuſa: cum ergo calor ante ebullitionem ſit in ſubiecto ſicco, poſt ebullitionem vero in ſubiecto humido, non mirum eſt, fundum ollæ ante ebullitionem calefieri, poſt vero tepidum euadere, potiſſimum cum natura comparatum ſit, validiorem calorem allicere, abſumereq; ceu alimentum, id quod infirmius eſt.

CAP. V.

De potu vini.

TRia de vino diſputationem requirunt. *Primum* eſt, quid ſit vinum, & quæ ſint eius differentiæ: *Secundum*, vtrum ſit calidum & humidum, an calidum & ſiccum. *Tertium* de vſu vini & eius delectu diſputabimus.

QVÆ-

QVÆSTIO I.

Quid ſit vinum, & quæ ſint eius differentia.

Vinū quid ſit. VInum multis præditum dotibus, ſic definitur à Ruellio *lib. 1. naturalis hiſtoriæ capit. 143.* & à Valeriola *lib. 2. locorum communium cap. 7.* & multis aliis, eſt *ſuccus carnis eius fructus, qui in vite eſt, arte ab hominibus expreſſus.* Sumuntur *Vini differentia vnde ſumantur.* autem eius differentiæ ex loco, ſitu ad cœli plagas, ex ſoli natura, ex vite, item ex ſui ipſius ſubſtantia, colore, odore, ſapore. *Subſtantia* autem ab antiquis in tria partita eſt, vt deducitur ex Galen. *lib. de cibis boni & mali ſucci,* & 3. *de ratione victus in initio,* ſcilicet craſſum, tenue, & medium: *ſapores* itidem in totidem differentias, nempe, in dulce, auſterum, & medium: *colores* in quatuor, album ſcilicet, fuluum, ſanguineum, nigrum; ab *ætate* etiam quædam differentiæ ſumuntur; nam alia vina ſunt noua, alia antiqua, alia denique medio modo ſe habentia.

QVÆSTIO II.

Vtrum vinum ſit calidum, & humidum: an calidum & ſiccum.

DE caliditate vini nulla eſt differentia inter autores, omnes enim, vinum eſſe calidum

dum tenent (loquendo ſcilicet de vino cocto, & optime confecto, non recenti & crudo, ex vuiſque viridibus facto: tale enim poteſt eſſe frigidum) tota difficultas eſt de paſſiuis qualitatibus, de qua re nonnulli exiſtimãt, vinum eſſe ſiccum, idque deducunt in primis ex Galen. 5. *Aph. comment.* 5. vbi potentiam ſiccandi videtur tribuere vino his verbis: *Rurſus autem qualitate ſanat, eam quam fecit affectionem, neruos calefaciendo atque exſiccando. Secundo* idem colligitur ex Gal. 8. *ſimpl.* vbi vinum calidum eſſe, eiuſque caliditati proportionẽ ſiccitatẽ reſpondere affirmat. *Tertio* idem conſtare dicunt ex Hipp. *lib. de vlceribus*, vbi ad vlcera exſiccanda tribuit vinum his verbis: *vlcera quacunque vino, non aqua madefacere oportet. Vltimo*, eadem ſententia habetur 2. *Aph. text.* 21. vbi Hip. famem (ſcilicet caninam à frigidis & acidis humoribus ortam) vini potio ſoluit, quod confirmat Galen. *in commento*. Ex his autoritatibus colligunt multi vinum eſſe ſiccum, ſiquidem ex illo ſicci ſequuntur effectus. *Rationes vinum eſſe ſiccum.*

Alii (quorum ſententia verior & probabilior videtur) tenent vinum eſſe calidum & humidum: confirmant autem ſuas partes his rationibus. *Prima* deducitur ex Gal. 1. *lib. de ſanit. tuend. cap.* 15. vbi vinum pueris aufert, eo quod corpus immodice calefaciat, atque hu- *Eſſe humidum.*

me-

mectet, veritus, ne vini potu puerorum habitus (qui calidus eſt & humidus) in exceſſum eiuſdem generis euadat.

2. *Secundo* eadem ſententia colligitur ex Gal. 5. *de ſanitate tuend. cap.* 7. vbi ſenibus conſulit, quod vino vtantur, vt frigidus & ſiccus eorum habitus temperetur, vino nimirũ calefaciente & humectante ſolidas corporis partes. Id ipſum videtur docere Galen. 3. *de cauſ. pulſ. cap.* 16. *&* 2. *Aph. vnd.* quod confirmat Auic. *fen.* 1. *tertii cap. de melancholia.* vbi ait: *ſicut complexio frigiditatis & ſiccitatis contraria eſt ſpiritui, debilitans ipſum, ſic complexio caliditatis & humiditatis (qualis eſt complexio vini) eſt conueniens & confortans.* In eadem ſententia eſt Ariſtotel. 3. *problem.* 16. & eam ſequuntur Paul. Aetius, Fernel. Actuarius, & ex recentioribus Cardanus 1. *contradict. tract.* 2. *contradict.* 7. & Valeſius 9. *controuerſ. cap.* 6.

3. *Vltimo*, affectiones illæ, quæ ex vino proueniunt, manifeſte vini humiditatem oſtendũt: illi enim, qui multo tempore largis vini potionibus aſſueuere, humidis ſolent affectionibus laborare, verbi gratia, multis fluxionibus, podagra, paralyſi, & denique omnes molles redduntur.

Nec obſtat huic rationi, ſi aliquis dicat, ab immodico vſu vini non poſſe prodire affectiones dictas, quia tales affectiones frigidæ ſunt

ſunt & humidæ, quas tamen opportebat eſſe calidas, humidas, ſiquidem vinum eſt etiam calidum. Non, inquam, obſtat, quia vinum cũ in immodica quantitate ſumitur, vſq; adeo vt coqui non poſſit, redditur frigidum ex cruditate. 3. *de temp. cap.* 5. manet tamen eum humiditate, quia ab ea non poteſt expoliari, ſicut nec ab aqua, cum tamen à ſuo frigore expolietur facilime; nam *qualitates patientes difficilius ſeparantur, quam agentes*, vnde ex imo, dico vſu vini, ſequuntur morbi frigidi & humidi, non tamen calidi.

Reſtat nunc, vt reſpondeamus ad autoritates, pro parte contraria adductas. Ad primam ex Gal. 5. *Aph.* dico, in dicto caſu neruos ſiccari per accidens, vel aucto calore obmuteſcentiam eius, qui ebrius eſt, & ſic nerui calefacti per accidens ab ipſo calore exſiccantur, aut facta per occultam expirationem, multa humidæ ſubſtantiæ euacuatione. *Reſponſiones ad obiecta.*

Ad ſecundam Gal. 8. *ſimpl.* Dico, Galenum eſſe ſic intelligendum: ſiccitas vini reſpondet proportione caliditati eius, id eſt, quanto vinum fuerit calidius, tanto magis exſiccabit, non quod illa exſiccatio proueniat à ſiccitate vini, ſed ab ipſo calore, cuius eſt exſiccare.

Ad alias Hipp. autoritates. Dico, in prædictis caſibus, vinũ non exſiccare per ſe, ſed per accidens, ſcil. ratione caloris, non quod ex ſe habeat ſiccitatem.

Nec valet interpretatio Manardi *14. Epiſt. 3.* dicentis, vinum vt nutriens eſſe calidum & humidum, vt medicamentum vero eſſe calidum & ſiccum, & ideo vlcera ſiccare, quam etiam interpretationem ſequitur Valeriola *lib. 2. locorum communium cap. 7.*

Non, inquam, obſtat, quia vinum, & vt alimentum, & vt medicamentum per ſe ſemper calidum eſt & humidum; nõ enim habet ſubſtantiam vnam, qua operetur, vt alimentum; & aliam, qua, vt medicamentum. Nec Galen. *locis ſupra citatis*, vinum eſſe calidum humidum docens, voluit ſignificare eſſe calidum humidum, vt alimentum; quia ex doctrina Gal. 3. *de temp. capit. 5. omne alimentum, vt alimentum, calidum eſt & humidum*; quoniam ſcilicet auget ſanguinem, & denique *omnibus alimentis commune eſt ſubſtantiam calidam, & humidam reparare*: quod autem eſt omnibus commune, nulli tribuetur tanquam proprium & peculiare: ergo vinum calidum & humidum dicetur à Galen. non vt alimentum, ſed quocunque modo ſumptum: dicitur enim vnumquodq; alimentum calidum frigidum, &c. non eo, quod nutriens eſt, ſed quia aliquam harum qualitatum habet excellentem.

Si autem vinum aliquos effectus producit ſiccos, id eſt per accidens, non per ſe, & hoc non ſufficit, vt calidum & ſiccum denominetur,

tur; operationes enim, quæ per accidens fiunt, non tribuunt medicamentis denominationem, ſed ſolum illæ, quæ per ſe fiunt, alioquin balneum aquæ calidæ diceretur frigidum medicamentum, quia nimia calidę aquę infuſio extenuat corpora humoribus per halitum exolutis: Item aqua frigida calidum medicamentum appellaretur, quia ſolet conuulſiones ex repletione ſanare, quæ à frigiditate habent ortum, vt conſtat ex Hippo. 5. *Aphor.* 21. *Præterea*, omnia medicamenta expurgantia dicerentur frigida, quia primo ingreſſu & per ſe calefaciunt corpus, poſtea vero refrigerant, & extinguunt febres, euacuatis ſcilicet vitioſis excrementis: Si ergo operationes, quæ per accidens fiunt, non tribuunt medicamentis denominationes, manifeſte ſequitur, vinum, nec vt alimentum, nec vt medicamentum ſiccum eſſe, ſed ſolũ humidum per ſe, per accidens vero exſiccare, vt optime declarat Valeſius *libr. 9. controuerſ. cap. 6.*

QVÆSTIO III.

De vſu, & delectu vini.

QVod attinet ad vſum: *vinum probe, celeriterque nutrit*, vt conſtat ex Galeno 2. *Aphoriſm.* 18. humectat calefacitque ſolidas partes, omnes corporis vires roborat, atque confir- *Vini commoda.*

 mat

mat, ſuccorum coloriſque bonitatem facit, coctionem diſtributionemque ciborum adiuuat *lib. quod animi mores cap.* 1. vrinam & ſudores promouet, & denique aduerſus ſenectutis duritiem & frigiditatem ſummum remedium eſt, ſicut enim in igne (ait Galen. *lib. quod animi mores)* ferrum, ita vino corpora ſenũ molliuntur, ac temperantur: item ſomnum conciliat, ſpiritus & ſanguinem fouet, mentem exhilarat, placidos mores inducit, riſum & hilaritatem excitat, temperat humores, mæſtitiam, mærorem que pellit; fortes & audaces homines facit, natiuum calorem accendit & conſeruat, denique fœminis fœcunditatem creat: hæc in vniuerſum ſunt vini commoda, & hic vſus, quæ quidem omnia accipienda

Incommoda ſunt, dummodo in bibendo parcitas adſit, nõ intemperantia, & ebrietas, alioqui, nil vino pernicioſius, nil peſtilentius, cum (ſi immodice ſumatur) omnium morborum ſit principium & origo.

Delectus. Quod vero attinet ad delectum vini (quãdoquidem multæ ſunt eius differentiæ, partim deſumptæ ex colore, partim ex ſapore, partim deſumptæ ex odore, & ſubſtantia, partim denique ex ætate) illud erit ad ſanguinem

Ad generãdum ſanguinem ãcommodiſſimũ. generandum accommodatiſſimum, quod rubrum eſt ſimul, craſſum, ac dulce Galen. 3. *de alim. cap. proprio* teſte: nam tale minima eget alte-

alteratione, vt ex illo ſanguis fiat, reliqua vina paucioris ſunt nutrimenti, omnium autem minime nutriunt ex Gal. *loco citato*, & 2. *Aphoriſm.* 18. *& vnd.* quæ calore quidem alba, conſiſtentia autem tenuia ſunt, & pene aquæ ſimilia; *vinum autem in medio dolii habet ſuam bonitatem, ſicut mel in fundo: oleum vero in ſuperiori parte. Præterea* vinum debet eſſe nec multum recens, vt colligitur ex Galen. 7. *Metheor. 6.* & *li. de cibis boni & mali ſucci*, quia talia excrementoſa ſunt & fluctuationes in corpore creant, docente eodem Galeno 3. *de ratione victus in initio*, nec ſanguini generando, aut nutritioni ſunt idonea: nec multum vetus, quia caloris potentia caput tentat, multiſque & calidis vaporibus implet: Eſt enim vinum vetus, multo calidius nouo, licet oppoſitum vulgus exiſtimet, propter efferueſcentiam: Nam ex Galen. 8. *ſimpl. capit. proprio*, vinum nouum eſt calidum in primo, vetus vero in tertio, & 4. *ſimpl. 1. vina, quanto plus antiqua, eo calidiora;* quæ etiam fuit ſententia Haliab. 5. *ſua theorica*. *Vini ætas*

Aduertendum tamen eſt hoc loco temporum varietatem, regionis, conſuetudinis, ætatis, complexionum, alium atque alium vini vſum præſcribere, non enim omni ætati, naturæ, tempori, & regioni, eadem vini aut natura, aut qualitas, aut modus congruit, ſiquidem

Digitized by Google

vini vſus pueris & adoleſcentibus nocentiſſimus eſt, iuxta Platonem 2. *de legibus* & Galen. *1. de ſanit.* 15. vinum enim horum corpora maxime calefacit, & ad iram, & libidinem præcipitat, & denique partem animi rationalem, hebetem, turbidamque reddit, ſenibus vero maxime idoneum eſt, vt *ſupra* dictum manet, & conſtat ex Galeno 5. *de ſanit.* 7.

Sic etiam calidis naturis præſertim in regione calida, aquæ, quam vini potio commodior eſt, atque ſalubrior, vt colligitur ex Hip. *6. Epidem. ſect. 4. text.* 13. Frigidus vero vini potus congruit. Item hyeme vinum generoſum, meracumque eſt potandum, æſtate vero contra, dilutius bibendum eſt vinum, quod præterea debet eſſe tenue, & aquoſum, ac minime potens; Eodem modo cibi humidi & frigidi vinum purum, & meracum ſuadent, oppoſitum vero oppoſitum.

Præterea in regione frigida liberalius vinũ ſumendum, & vetus ac generoſum (quod probe facere Germani & Belgæ norunt) in calida parcius ſumendum, & vinum debet eſſe tenue, aquoſum, & dilutius.

Sic etiam à conſuetudine diuerſa ſumitur indicatio, multo enim potui aſſueti facilius pleniores hauſtus tolerant, inſueti vero minus, iuxta illud Hipp. 2. *Aphoriſ.* 50. *Quæ ex longo tempore conſueta ſunt, &c.* denique, qui imbecille ce-

le cerebrum habent, vniuerſaliter vinum non tolerant, ſignum enim fortitudinis cerebri ac bonitatis eius (ait Auicen. *1. tertii tract. 1. capit. 10.*) eſt à vini generoſi vaporibus non lædi, vinique potentiam ſuſtinere.

De factitiis vinis nihil hoc loco dicetur, quia talia non inſeruiunt communi hominum vſui, niſi ad diuerſa morborum genera, vt vinum abſyntites, Cydonites, hyſſopites, &c.

Reſtat vltimo nonnulla de vino problemata ſoluere.

Primum eſt, quare vini potus ebrietatem inducit? de quo *ſupra* à nobis dictum eſt, cum de aqua loqueremur. *Problemata 1. Quare vinũ inebriat.*

2. *Cur vinum aquæ præfertur à multis?* Cauſa eſt, quia vinum citiſſime alit, & optimi ſucci eſt, facile collapſas vires reparat, ideoque à multis lac ſenum appellatur, vt conſtat ex Auicenna 3.1. *doct. 2. cap.* 8. vbi ait, *ſenibus quantum tolerare poſſunt, de vino da*; aqua vero nihil horum habet. *2. Cur vinum præferatur aquæ.*

3. *Cur vinum pluribus obeſt, quam aqua*, ſi vinum ad vitæ conſeruationem prędictas habet dotes, & aquæ præfertur? Dico, cauſam eſſe, quia quemadmodum Medicus corporis, non animæ, præfert acceſſum veneris modicum continentiæ, Galeno teſte, *lib. artis med. cap. 86.* & tamen multo plures ex venere, quam ex *3. Cur vinum pluribus obſit, quam aqua.*

continentia, & periclitati ſunt, & perierunt, quoniam plerique homines œſtro voluptatis efferuntur, & ita excedunt modum. Sic etiam licet vinum præferatur aquæ tamen pluribus obeſt, quia plus in vino, quam in aqua peccatur, ob rationem dictam, quæ etiam eſt cauſa, ob quam aquæ potatores dicuntur viuaciores, vt conſtat ex *ſuperius* traditis,

4. *Cur interdiu vinum potare nocium ſit.* 4. Problema, *Cur interdiu vinum potare nocium ſit?* Dico, vinum quantumcunque laudabile ſit, nunquam eſſe bibendum poſt cibum, quod aperte conſtat ex Auic. *3.1.d.2.ca.7.* & ex Gal. *lib. de diſſolutione continui*, quem ſequitur Rhaz. *4. ad Almanſ. cap. 5.* cauſam tradit Auic. *citato*, quia vinum digerit velociter & penetrat & facit cibos incoctos, per venas deduci: item parit obſtructiones, ac denique putrefactionem.

5. *Num liceat inebriari.* 5. Problema, *num liceat aliquando, ad ſanitatis conſeruationem, vti vino vſque ad ebrietatem?* Nõnulli ſibi perſuadent licere, aliquando pro ſanitate conſeruanda vinum bibere vſque ad ebrietatem, illudque deducunt ex Auicen. 2. *cant. 34.* vbi ebrietatem ſemel in menſe videtur laudare, in qua etiam ſententia fuerunt multi Gentiles, in quorum numero fuit Seneca *de tranquillitate animi*, dicens, ad ebrietatẽ veniendum eſſe aliquando ad deprimendas

cu-

curas. Eandem ſententiam colligunt ex Hip. *lib de ſalubri diæta* 22. vbi ſingulis menſibus vomitum hominibus ſanis ad tuendam valetudinem commendat, cum ergo ebrietas vomitum prouocet, videtur ea conferre ſanitati. *Vltimo* dicta ſententia deducitur ex Galeno *lib. de ſanguin. miſ. aduerſus Heraſ. cap.* 7. exemplo canum, qui cum ſunt repleti, vomitum ſibi parant, quo à repletione liberantur: Non deeſt autem prædictæ opinioni ratio, quia in ebrietate feriantur facultates animales, ſicut in ſomno.

His tamen non obſtantibus, prædicta ſententia tanquam falſa & erronea reiicienda erit, non ſolum enim corpori nocet ebrietas, ſed etiam animæ repugnat, & in primis corpori, quia, docente Auicenna 2. 3 *cap.* 1. ebrietas graues & periculoſos morbos gignit, & neruos infirmos reddit, & authore Auerrhoe *2. parte cant.* 34. torporē inducit, caput petit, & ad prolem gignendam plurimum nocet, affirmante Dioſc. *lib.* 5. *cap.* 5. & hæc fuit cauſa, propter quam Plato *6. de legibus*, & Hip. *lib. de ſuperfœtatione* parentes à vino immoderato abſtinendos eſſe voluerunt, ne prolem inſtabilē, infirmam, tortuoſam, & prauis morib. imbutam procrearent. Ob has etiam cauſas, Ariſtotel. 3. *problem.* 1. ebrietatem vituperat, quod etiam facit Plinius *lib.* 14. *capit. vltimo*, *Ebrietatis incommoda*

continentia,& periclitati ſunt, & perierunt, quoniam plerique homines œſtro voluptatis efferuntur,& ita excedunt modum. Sic etiam licet vinum præferatur aquæ tamen pluribus obeſt, quia plus in vino, quam in aqua peccatur, ob rationem dictam, quæ etiam eſt cauſa, ob quam aquæ potatores dicuntur viuaciores, vt conſtat ex *ſuperius* traditis,

4. *Cur interdiu vinum potare nociuum ſit.*

4. Problema, *Cur interdiu vinum potare nociuum ſit?* Dico, vinum quantumcunque laudabile ſit, nunquam eſſe bibendum poſt cibum,quod aperte conſtat ex Auic.*3.1.d.2.ca.7.* & ex Gal.*lib.de diſſolutione continui*, quem ſequitur Rhaz.*4.ad Almanſ.cap.5.* cauſam tradit Auic. *citato*, quia vinum digerit velociter & penetrat& facit cibos incoctos,per venas deduci: item parit obſtructiones,ac denique putrefactionem.

5. *Num liceat inebriari.*

5. Problema,*num liceat aliquando,ad ſanitatis conſeruationem,vti vino vſque ad ebrietatem?* Nõnulli ſibi perſuadent licere,aliquando pro ſanitate conſeruanda vinum bibere vſque ad ebrietatem, illudque deducunt ex Auicen. 2. *cant.34.* vbi ebrietatem ſemel in menſe videtur laudare, in qua etiam ſententia fuerunt multi Gentiles, in quorum numero fuit Seneca *de tranquillitate animi*,dicens,ad ebrietatẽ veniendum eſſe aliquando ad deprimendas cu-

curas. Eandem ſententiam colligunt ex Hip. *lib de ſalubri diæta* 22. vbi ſingulis menſibus vomitum hominibus ſanis ad tuendam valetudinem commendat, cum ergo ebrietas vomitum prouocet, videtur ea conferre ſanitati. *Vltimo* dicta ſententia deducitur ex Galeno *lib. de ſanguin. miſ. aduerſus Heraſ. cap.* 7. exemplo canum, qui cum ſunt repleti, vomitum ſibi parant, quo à repletione liberantur: Non deeſt autem prædictæ opinioni ratio, quia in ebrietate ferientur facultates animales, ſicut in ſomno.

His tamen non obſtantibus, prædicta ſententia tanquam falſa & erronea reiicienda erit, non ſolum enim corpori nocet ebrietas, ſed etiam animæ repugnat, & in primis corpori, quia, docente Auicenna 2.3. *cap.*1. ebrietas graues & periculoſos morbos gignit, & neruos infirmos reddit, & authore Auerrhoe 2. *parte cant.* 34. torporē inducit, caput petit, & ad prolem gignendam plurimum nocet, affirmante Dioſc *lib.* 5. *cap.* 5. & hæc fuit cauſa, propter quam Plato 6. *de legibus*, & Hip. *lib. de ſuperfœtatione* parentes à vino immoderato abſtinendos eſſe voluerunt, ne prolem inſtabilē, infirmam, tortuoſam, & prauis morib. imbutam procrearent. Ob has etiam cauſas, Ariſtotel. 3. *problem.* 1. ebrietatem vituperat, quod etiam facit Plinius *lib.* 14. *capit. vltimo*, *Ebrietatis incommoda*

& Auicenna 1. *tertii tract. 4. capit. 14.* & 2. *tertii cap. 1.*

Quod autem ebrietas prædictorum malorum cauſa ſit, vltra dictas autoritates, confirmatur ea potiſſimum ratione, quia *plenitudo quamplurimis morbis dedit occaſionem, paſſim id docente Galeno; ſed ebrietas gignit plenitudinem*: *Ergo*; Minor oſtenditur, quia ebrietas ex immoderantia vini habet ortum, hæc autem plenitudinem efficit.

Ebrietatem nocere animæ.

Quod vero animæ, ad beatitudinem creatæ etiam noceat ebrietas, colligitur ex Eccleſiaſt. *capit.* 31. & ex Paul. *ad Epheſ.* 5. *Nunquam* enim *homo debet inebriari vino*, in quo ex luxuria, prælertim ſi vt inquit venerabilis Beda: muſto Spiritus ſancti deſiderat expleri. *Præterea* ebrietas multa cogit flagitia perpetrare, & homines feris animalibus ſimiles reddit, ad venerem, homicidia, latrocinia, aliaque deteſtabilia vitia impellit, de ratione menteque deturbat, & tandem ante diem iugulat, quę omnia conſiderans Diuus Paul. *ad Tim.* conſuluit amico ſuo vti modico vino propter ſtomachum. Ad Auicęnam vero ebrietatem ſemel in menſe laudantem ad ſanitatis conſeruationem dicendum eſt, eum non ex propria ſententia, ſed ex aliorum placito locutum fuiſſe, ipſe enim *multis in locis*, vt *ſupra* viſum eſt, ebrietatem vituperat, tanquam ſanitati nociuam.

Ad

Ad alias vero autoritates. Dico, Hipp. & Galenum ſingulis menſibus, commendare vomitum hominibus ſanis, qui tamen in aliquos morbos ſolent incidere, ſicut etiã præcautionis gratia ſanos phlebotomat, & purgat. *6. Aphoriſm.* 47. & *7. Aphoriſm.* 54.

Nec valet dicere, in ebrietate facultates animales feriari, ſicut in ſomno; nõ enim ſemper, quando facultates animales otiantur, naturales vegetiores redduntur, alioquin ſequeretur, in apoplexia, epilepſia, aliiſque ſoporoſis affectibus, in quibus animales facultates omnino ceſſare videntur, naturales perfectiores fieri, quod nullus dixerit.

6. Problema, *cur ebriis res duplices apparent?* Reſpondet Ariſtot. *3. problematum 29.* cum Afrodiſeo *1. problematum 6.* cauſam eſſe, quia laxatus opticus ex copioſo vino, non ſuſtinet pupillarum æquabilitatem, pro cuius rei maiori explicatione aduertẽdum eſt, cauſas, cur viſibile duplex appareat, triplici genere contineri, ſcilicet, oculorum ſitu, viſibilis, & radiorum, oculorũ, vt ſi ab vna ſuperficie ſecedunt, quod accidit in muſculorum affectibus, oculum aut eleuantium aut deprimentium, & vbi quis impoſito digito vni oculorum ſimiliter eum impellit, aut denique vbi laxatur opticus ex copioſo vino. Ex ſitu viſilis, vbi præ motus feſtinatione antequam ex oculo euaneſcat

6. *Cur ebriis res duplices appareant.*

prioris ſitus ſpectrum, accedit alterum varii ſitus, creduntur enim varia, quæ ſimul variis in locis ſpectantur, quomodo gutta cadens linea iudicatur oculo, & baculus celeriter verſatus circulus, ſic ignis cum in circulo vehementer celeriterque mouetur, totus circulus videtur ignitus. *Poſtremo* radii viſuales ſi à variis planis ad oculum deflectunt, licet primũ ab vno obiecto prodierint, duorũ imaginem intuenti imprimunt, ita facies in fracto ſpeculo duplex, Sol in agitata aqua multus apparet.

7. *Cur ebriorũ lingua oberret.* 7. Problema, *Cur ebriorum lingua oberrat*, id eſt, vocabula bene articulare non poteſt? tripliciter reſpondet Ariſtotel. 3. *probl.* 30. *Primo* quia cum lingua ſit molliſſima inſtar ſpongiæ à copia vini redditur mollior & incraſſatur, ideoque non bene mouetur. *Secundo* reſpondet, cauſam eſſe, quia ſicut in aqua ob abſentiã aeris non poſſumus loqui, ita lingua quando eſt humidiſſima, à nimio vini potu, verba non bene poteſt exprimere, *Tertio* quia quando animus perturbatus eſt, etiam lingua perturbatur, vt videre eſt in metuentibus, *ex animo enim omne loquendi ſumitur initium.*

8. *Cur vinum magis & citius inebriet.* Vltimum, *cur vinum dilutum magis & citius inebriat, quam purum?* Reſpondet Ariſtoteles 3. *problem.* 3. cauſam eſſe, quia dilutum magis & facilius penetrat cerebri meatus, quam purum.

purum. 2. ait, quod de vino diluto plus bibitur, quam de puro. 3. inquit, quod quemadmodum vinum ſua caliditate (quando eſt purum) cætera concoquit, & humiditates excrementitias conſumit, ita etiam ſeipſum, oppoſitum accidit in diluto, eadem ſententia legitur apud Auicen. *1.3.tra.8.* vbi vinum dilutum magis inebriare ſcribit.

CAP. VI.

De ſomno.

CVm ſomnus ſit id, ſine quo vita per multum temporis ſpatium durare non poteſt, merito poſt aerem, cibumque & potum octo ſomni ſoluentur quæſtiones: & *primo* videbimus, quid ſit ſomnus, & quomodo fiat. 2. In quo loco fiat, in cerebrone, an in corde. 3. Quomodo ſomnus naturalis diſtinguatur ab innaturali. 4. Vtrum viſcera calefaciat, & roboret innatum calorem. 5. Vtrum omnes coctiones adiuuet roboretque. 6. Vtrum omnes vacuationes coerceat. 7. An corpus ſiccet, an vero humectet. 8. Quo tempore ſomnus ſit præſtantior.

QVÆ-

QVÆSTIO I.

Quid ſit ſomnus, & quomodo fiat.

Somnus quid.

SOmnus ſecundum Ariſtotel.*lib.de ſomno & vigilia cap.3.& vltimo*, nihil aliud eſt quam *vinculum, vel nexus, vel priuatio, vel impotentia primi ſenſorii*, ſiue illud ſit cor, quod Ariſtot. credidit, ſeu magis cum Galeno cerebrum. Secundum Auicennam vero 1.*tertii tract.4.cap.1.* & 1.2.*d*.3.*cap* 3. & Auer. 2. *collig.cap.21.*eſt *reditus ſpiritus animalis, ſeu caloris naturalis ab inſtrumentis ſenſuum & motuum ad principium.* Secundum Galenum denique *2.Aphor.3.* & 1.*prorrh. comment* 2.nihil aliud eſt, quam *refrigeratio primæ partis ſentientis*, id eſt, cerebri, *lib.* vero *definitionum medicinalium* aſſerit, ſomnum eſſe *quietem, & vacationem ab animalibus actionibus factam per reuocationem animæ, à finibus ad principatum.* Hæ autem omnes à Medicis communiter recipiuntur.

Nec obſtat Ariſt. *6. Topic.3.* reiiciens dicta genera à definitione ſomni, non admittit enim eo loco, vt vel ſanitatis genus conſtituatur elementorum moderantia, vel ſomni primi ſenſorii impotentia, ſeu refrigeratio: probat hoc, quia *omnis affectus, eius partis eſt affectus, in qua eſt; ſed ſomnus & vigilia ſunt in toto animante; Ergo non ſunt primi ſenſorii affectus:* Quod ſi damus,

mus,in cerebro eſſe ſomnum, cerebrum dormire,fatendum eſt,quod nimis abſurdum videtur. Addit Ariſt. impotentiam illam ſequi ad ſomnum, reditum ſpirituum antecedere, vnde dicta genera potius videntur eſſe cauſæ, vel effecta finiti,quam eſſentia.

Non, inquam, obſtat, ſi in memoriam reduxerimus,quod à Galen.dictum eſt 3. *de locis cap. 1.* videlicet *quæcumq; tranſcendunt artis vſum, merito à Medico negligi, & ad Dialecticos relegari,* ſic etiam Philoſophis nonnunquam rerum tantum varietates inquirentibus illa, quæ tãtum rationes & nominum ſeparationem habent & quæſtionem cum laude omittunt, & ob hanc cauſam Ariſt. nonnunquam phyſicum agens,in definiendo addit: *Et ſi quid aliud addendum eſt,* propter dialecticas importunitates. Innuens ea commemoratione non latere ſe,ſed ad exactam definiendi rationem aliquid deſiderari; ſed dum particulatim non addit & recenſet,lectorem docet,ne in phyſicis valde ſollicitus ſit de dialecticis.

His ſuppoſitis,cum Ariſtot. & alii Medici definiunt ſomnum per impotentiam primi ſenſorii, non ignorant, hoc à Dialecticis reiectum eſſe,quia in rigore logico, ſomnus nil aliud eſt,quam *ineptitudo ad ſentiendum, & mouendum pendens ex primo ſenſorio*: vigilia vero aptitudo quædam,quam ſolum intellectus cõ-

ſide-

ſiderat. Ex eo tamen ita definiunt, quia ſomnus nil eſt, præter illam impotentiam primi ſenſorii, vigilia vero, nil eſt, præter ſolutam primi ſenſorii facultatem. Memorata ergo genera à Medicis optime poſſunt recipi ſine errore, ſiquidem Medici non ita exacte conſiderant res, nec ſecundum ſuum ſignificatũ formale, ſicut Logici, ita tamen, vt impotentia illa ſentiendi, mouendique accipiatur (quod Gal. 1. *de cauſ. ſympt. cap. vlt.* & 2. *de motu muſcul.* 7. admonuit) pro exilitate, languiditateq; non pro priuatione; nam à valido ſenſorio excitantur languentes organorum facultates, quamuis non ab inualido.

Pręterea reditus ille ſpiritus ſeu caloris naturalis (quem pro ſomni genere ponit Auic. *citato*) recipi poteſt non modo tanquam origo initiumque ſomni, ſed ceu toto ſomno perpetuus continuuſque, quod *infra* probabitur.

Refrigeratio deinde cerebri (quam Gal. *citato* ponit pro genere ſomni) recipi poteſt, frequenter quidem, ceu cauſa antecedens, ſemper vero ſequens, nam ſpiritus animalis priuatio, quã in ſomno facultatum otia monſtrant, refrigerat cerebrum, neruoſaque omnia; deinde otia refrigerant etiam, ſicut meditationes & exercitia inflammant.

Quomodo refrigeratio *Poſtremo*, alimenti halitus cohibitus, ne diſſipe-

ſipetur, per ſomnum, dum intus manet, concreſcit & deſcendit refrigeraturus, ob quas cauſas dicendum eſt, refrigerationem ſemper ad ſomnum ſequi, cuius rei eſt etiam fidele teſtimonium ſaliua dormienti ab ore defluens, & multus expergeſcentis ſcreatus, quæ omnia refrigerationis ſunt indicia. *ſemper ſequatur ad ſomnum.*

Verum aduerſus dicta, inſurgit dubitatio quædam non admodum facilis, quæ talis eſt. *Diximus ſupra per ſomnum prohiberi, ne membris accedat facultas animalis ad ſenſationes & motiones obeundas neceſſaria: Si ergo hoc verum eſt, quomodo dormientes mouentur & non ſentiunt?* quod enim moueantur, conſtat, quia reſpiratio eſt motus, & corporis ſitus, & iactatio, quin etiã loquuntur multi per ſomnum, gradiuntur alii: ratio autem dubitandi eſt, quia cum facultas animalis inſeruiat ſenſui & motui, vbicunque adfuerit motus, ſenſus etiã adeſſe debet, oſtenditur hoc, quia (vt conſtat ex Galeno *1. de locis 6.*) motus ad ſui actionem requirit abundantiorem vim & maiorem copiam ſpiritus animalis, quam ſenſatio; Ergo motus non poterit eſſe ſine ſenſu, cum tamen contrariũ in dormientibus experiamur. *Dubitatio.*

Ad hanc difficultatem dupliciter poſſumus reſpondere: *Primo*, quòd quemadmodum in ſenſoriis tempore ſomni exigua latet ad ſentiendum vis (diximus enim *ſupra* impotẽtiam *Reſponſio.*

illam

illam ſentiendi,per quam ſomnus definiebatur, non accipi pro omnimoda priuatione, ſed pro languiditate) ita etiam in muſculis exigua ad mouendum, & ſicut ſenſilis torpet ad obiecta mediocria, ab inſignibus vero excitatur,ſic motoria à valida imaginatione (licet antea eſſet torpida) ad operationem ſtimulatur,ſimiliter enim motus ab imaginatione proficiſcitur,vt à ſenſili ſenſus.

Imaginationem eſſe fortiorem in dormientibus, quã in vigilantibus.

Quod vero ſomniantis imaginatio ſit valida, & plus potens, quam vigilantis,docet experientia, qui enim lumbricos patitur, licet interdiu ſentiat illos mordentes, tamen non maſticat,quod per ſomnum pueri faciũt vermibus laborantes: item nemo vigilans, quãuis totus in cogitatione venerea conſtitutus, effundit ſemen quieſcente corpore,quam tamen excretionem crebro ſomniãtes patiũtur,immoto licet corpore; cum ergo hoc ita ſit,non mirum eſt,ſi dormientes moueantur, & non ſentiant, nam mouentur, quia imperante profunda ſomnii imaginatione obſequuntur muſculi, non ſentiunt autem, licet fingant ſe ſentire, quia verus ſenſus nonniſi ab obiecto procedit in organum aptum ad illud recipiendum recepto; dormienti vero, nec obiectum adeſt,nec ſi adeſſet, ſenſorium ad recipiendum eſt habile ob impedimẽtum delationis facultatis & ſpiritus animalis; ad

Dormientes non ſentire.

ſen-

ſenſationem autem requiritur, quod obiectum recipiatur in organum, non quomodocunque diſpoſitum ſed aptum ad illud recipiendum.

Et ſi aliquis inferat ex dictis, ſequi membrum paralyticum per ſomnum poſſe moueri, à valida imaginatione, quod videtur ridiculum. Reſpondeo, non ſequi, quia per ſomnum (vt *ſupra* dictum manet) in muſculis motui inſeruientibus latet exigua ad mouendum vis, quæ per ſomnium tempore ſomni à validá imaginatione excitatur: at vero in paralyſi nulla talis virtus adeſt; quæ poſſit à valida imaginatione excitari, nerui enim in dicto affectu omnino ſunt obſtructi, & prorſus impeditur facultatis animalis demandatio, ad ſenſationes & motiones obeundas.

Secundo poſſumus dicere, quod conuinceret ratio, ſi vis ſenſifica ſimul & motiua per eundem meatum profluerent, quod non ita ſe habet, nam vis animalis per neruorum cauitates, quæ minime cerni poſſunt; ad ſenſuum externorum opera demandatur, ad motus vero exercendos, & pectoris, & artuum per amplam dorſalis inanitatem; & hæc eſt cauſa, ob quam refrigeratio illa per ſomnum, vel obſtructio proceſſum ſenſificæ facultatis inhibeat, non autem motiuæ. Fidem etiam dicto facit, quod inquit Galen. 4. *de locis cap. 2.*

ſcilicet in ſomno magis pati anteriores ventriculos cerebri, quam poſteriorem; atqui à poſteriore nerui motorii originem trahunt, cum dorſali medulla, ab anterioribus vero ſenſifici.

Somnus quomodo fiat.

Reſtat modo, vt videamus, quomodo fiat ſomnus, vtrum ſcilicet fiat precedente aliquo vapore obſtruente meatus, an vero ſufficiat actio animæ retrahentis ſpiritus. Et in primis Ariſtotel. *lib. de ſomno* coniectans vterinas mulieres, apoplecticos, ſyncope affectos, epilepticos, maniacos impotentia ſenſuum laborare, nec tamen dormire, ſecernit ſomnum à numeratis affectibus, per hoc, quod ſomnus ab alimenti vapore naſcitur conſcendente ob calorem, deſcendente vero gratia concretionis frigidæ, cum morboſi illi affectus alienam quandam & innaturalem cauſam conſequantur. Conſiderans autem nonnullos ex fatigatis, præ labore ſomnum capere non poſſe, plures profunde dormire, addit, ſomnum, non ſolum oriri à vapore alimẽti, ſed colliquationis alimento ſimilis, (eſt enim colliquatio perpetua laborantibus) vnde ſi colliquatio eſt calida, per vaporationem ſomnum inducit, ſimiliter ac alimentum, ſin frigida, propter ea quod non exhalat, non inducit ſomnum.

Ariſtotelis opinio reiicitur.

Probabilius tamen videtur ſentiendũ cum Ga-

Galen. *1. de cauſ. ſymptom. vltim.* & *3. de cauſ. pulſ. 9,* & cum Auerrhoe *2. coll. 21.* & Auicen. 1. *tertii tract. 4. cap. 1.* ſomnum fieri per actionem animæ retrahentis ſpiritus, vel ad eorum reparationem, vel ad alimenti ſumpti cõfectionem ſomnum, inquam, naturalem; nam innaturalis (vt *infra* videbimus) fit ob aliquam cauſam præter naturam, obſtruentem meatus, impedientemque animalis facultatis ad membra delationem, ſiue ſit humor, ſiue refrigeratio, valida, ſiue quæuis alia cauſa præter naturam.

Quod enim non fiat ex neceſſitate materiæ, oſtenditur, quia laſſitudo, non ex colliquante exercitio, ſed ex meditatione, aut ſollicitudine citra cibum ſumptum ſomnum mouet, & conatus ad dormiendum & frictio mollis, & ſuauitas cantus, & tenebræ, & ſilentium, quorum nullum exhalationem continet alimenti. *Præterea* multoties, licet alimentum ſumatur, non dormimus, aliquando vero negato alimento, aſſueto tempore aduenit ſomnus: Ex quibus omnibus manifeſte colligitur, non ſemper prærequiri vaporem aliquem alimenti, vel colliquationis membrorũ (vt dicebat Ariſtoteles) ad ſomnũ efficiendũ. *Galeni probatur.*

Quod vero fiat per actionem animæ retrahentis ſpiritus probat Auer. *loco citato*, quia vita noſtra conſiſtit in viciſſitudine dormien-

di& vigilandi 12.*Method.3.*dormiendi,ad coctionem alimenti & reſtaurationem deperditi;vigilandi, ad expulſionem excremẽtorum, & ſenſus motuſque exercendos; adeo hoc verum eſt, vt ſimulac negatur ſomnus homini inſignem pallorem, & gracilitatem inducat. Cum ergo hoc ita ſit (inquit Auer.) colligitur manifeſte, naturam non commiſiſſe munus hoc,& viciſſitudinem, vigilandi dormiendique(in qua vna animalium ſtatus perdurat) fortuitæ alimenti exhalationi, ſed facultati animæ certæ,ſtatutæque.In eadem etiam ſententia videtur eſſe Auicenna 1. *tertii tract.4.cap.*1. parum enim diſſentit à Galeno& Auer.*locis citatis*,dum inquit;ſomnum fieri per reditum ſpirituum ab organis ſenſus, & motus ad principium, *præter inſtrumenta reſpiratoria*; qua differentia ſomnum ſeparat ab apoplexia,in qua in vniuerſum ſenſus cum motu membrorum perit;à præfocatis autem,& ſyncopticis,quia in illis ſeruatur interior ſenſus; à maniacis vero, quia in illis ſeruatur externus,ſicut in epileptico motus; in dormiente autem ſolo ceſſant omnino ſenſus vterque & arbitraria motio præter reſpirationem. Ex quibus infertur Galenum in eo ſolum diſſentire ab Auicenna, quod hic à poſteriori, ille vero à priori ſomnum definit.

Somnus ſit *Secundo* infertur,intellectus ad id,quod Galenus

lenus dubitauit *lib. de inſtrumento odoratus cap.* 8. *vtrum* ſcilicet *ſomnus eſſet actio an paſſio*, hoc eſt, num in dormiendo animal patiatur tantum, & exhalatione materiæ, vel alia quadam cauſa cogatur ad dormiendum; an magis anima ipſa ſua ſponte per temporum viciſſitudines modo vigiliam efficiat, modo ſomnum; conſtat enim ex dictis, naturalem ſomnum animæ actionem eſſe, morboſum vero paſſionem. *ne actio vel paſſio.*

Tertio infertur, Ariſtotelem *in paruis illis de natura opuſculis*, ſolam inſtrumẽtariam cauſam explicauiſſe, tam in ſomno & vigilia, quam in reſpiratione, & pulſibus, principalem enim cauſam, quæ animæ potentia eſt, ex *lib. de anima* colligendam eſſe voluit.

His ſic expoſitis, quandoquidem conſtat ſomnum naturalem animæ actionem eſſe, videndum eſt, cui facultati animæ tribuatur talis actio, num ſcilicet, vegetatiuæ, aut ſenſitiuæ, &c. Et in primis Auer. *citato in fine* aſſerit, tribuendam eſſe ſenſitiuæ facultati, non autem vegetatiuæ, ea potiſſimum ratione ductus, quia ſomnus & vigilia ſolis inſunt ſentiẽtibus. Addit deinde Auer. dictam facultatem appellari regitiuam totius, quandoquidem toti prouidet commune operum inſtrumentum, ſcilicet, calorem naturalem pro tempore, ſcilicet, mandando ſpiritum, alio vero col-

ligendo, vt reparet, & reficiat, quod deperditum eſt, ſicut prouidus dux fuſum exercitum. Locum autem, in quo talis facultas reſidet *cor* eſſe affirmat Auer. argumento, quod ab eo loco prodit per vigiliam calor, & in illum per ſomnum reuertitur. Hæc Auer. *citato*.

Quæ quidem (ſalua tanti viri pace) nullo pacto à nobis ſunt recipienda, ratio eſt, quia dictum imperium omnibus animæ facultatibus commune eſt, non ſoli ſenſitiuæ, nam cor vitæ præſes ſua facultate conſpecto noxio aut horrido confeſtim ſuos ſpiritus, ſanguinemque retrahit, in lætis expandit, & florido colore cutem imbuit; propter facultatum autẽ inter ſe conſenſus & correſponſum, animalium ſpirituum retroceſſus ſequitur comitaturque retractos ſpiritus vitales ad cor & ſanguinis à venis ad hepar, vnde animal ſtatim corruit & pallet: Sic etiam facultas animalis cerebri in motuum, ſenſuumque exercendorum tempore ſuos diſtribuit ſpiritus, cum vero, vel ipſi reparandi ſunt, vel alimentum conficiendum eſt, retrahit illos, horum autem ſpirituum retractionem propter correſponſum etiam facultatum comitatur retroceſſus aliarum, & ſanguinis pe vaſa, vnde dormientium extimæ, & cutanæ partes infrigidantur. Nec ſolum principaia illa membra, quibus

bus corporis adminiſtratio commiſſa eſt, ſed partes etiam reliquæ, norunt pro ſuis vſibus calidum innatum, vel ad ſe auocare, vel à ſe repellere; ventriculus enim cibo plenus à toto trahit calorem, vnde totius refrigerium, & extremorum rigor naſcitur, pars vero inflammata, vbi ſuppurat, ad ſe ſpiritũ, ſanguinemque colligit, vnde totius rigor, quem partis ſuppurantis putredo & febris conſequuntur. Cum ergo hæc calidi intercisa diſperſio, collectioque ſeu retroceſſus, tam multis ſit partibus communis, qua ratione cordi, & ſenſificæ facultati tribuetur?

Relicto igitur Auer. probabilius videtur dicendum, quod ſicut in variis animalib. ſuas eſſe intuemur innatas animæ doctrinas, vel inſtinctus ad vitæ vſum, & in variis partibus alias atque alias, vt conſtat ex Galeno *6. de locis cap. 6.* & ex Hippocr. *lib. de alimento*, ſic credendum eſt, ſingulas animæ partes, ſcilicet, vegetatiuam, ſenſificam, vitalem, &c. non modo in ſuis fontibus, ſed & in membris vbi reperiuntur, obtinere ab ortu ipſo indoctam huius miniſterii, diſpenſationiſque doctrinam, non quam facultas vna aliqua animæ edat, vt dicebat Auer. ſed quam tota anima cuiuis iuncta facultati, pro innata doctrina exerceat.

Ex quibus quidẽ manifeſte colligitur, actio-

Actio ſomni cuinam facultati animæ ſit tribuenda.

nem ſomni (quam ab anima proficiſci diximus) tribuendam eſſe facultati animæ certæ ſtatutæque, ſcilicet *facultati animali in cerebro reſidenti, retrahentique pro temporum interuallis ſpiritus, vel ad eorum reparationem, vel ad alimenti ſumpti confectionem, propter conſenſus autem facultatum ſpirituum animalium retractionem, retroceſſus ſpirituum vitalium ad cor, & ſanguinis à venis ad hepar ſequuntur, & hoc innata quadam & inſita doctrina, non vero mediante potentia aliqua, quæ regitiua totius appelletur*, vt dicebat Auer.

QVÆSTIO II.

In quo loco fiat ſomnus.

Fieri in toto, ſecundũ recentiores.

QVidam ex recentioribus incuſant priſcos ceu fruſtra contendentes de loco ſomni. Nam Ariſtotel. ſomnum in corde fieri affirmauit, Galenus vero in cerebro, cum in neutro horum fiat, ſed in toto, vt hi recentiores aſſerunt: confirmant ſuam opinionem, qui *in eo membro dicetur fieri ſomnus, quod dicitur dormire, aut vigilare; ſed nullum particulare membrum dicitur dormire aut vigilare, ſed totum animal; Ergo in toto animali ſomnus & vigilia perficientur:* præterea *vigilia in omnibus ſenſibus viſitur; Ergo & ſomnus*, ſiquidem eſt priuatio vigiliæ. Adduncrecentiores, quod non ſolum errarint priſci inquirentes locũ ſomni, ſed etiam ſi inqui-

quireretur cauſa euētus illarum, affectionum in corpore, falſum erat dicere, eſſe cor, aut cerebrum, cum ſit innati caloris motus ad cor.

Verum refellitur, quia medice loquendo inquirere locum ſomni, vigiliæque, nihil eſt aliud, quam indagare ſedem, vnde toti eueniunt illæ paſſiones; ſimiliter enim dicere ſolemus, lætitiæ & mæroris ſedem eſſe cor, vt & febris, cum tamen non vna aliqua animantis pars lætetur, aut mœreat, aut febre corripiatur, ſed totum animal; in hunc ergo ſenſum exiſtimandum eſt, maiores ſeu priſcos locum ſomni inquiſiiſſe, iuxta quem ſenſum dicendum eſt, ſomnum fieri in cerebro, non vero in corde, vel ſomni occaſionem non eſſe vitalis caloris in cor reuocationem primario & principaliter, ſed animalis in cerebrum: Suadetur hæc ſententia autoritate Galeni 4. *de locis* 2. vbi tempore ſomni cerebrum pati affirmat; idem etiam conſtat ex Auicen. 1. *tertii, tract. 4. cap. 1. Præterea* ratio id ipſum oſtendit. *Primo* quia in ſyncope reuocatio caloris ad cor tanto eſt velocior, & maior, quam in ſomno, quanto ſyncopizans dormientem ſuperat pallore & refrigeratione, ſyncopizans tamen nec dormit, nec cogitatione deſtituitur ſæpe, nec auditu, igitur ſomnus non eſt reuocatio innati caloris ad cor. *Secundo* quia qui dor-

mit & capite grauatur ex remediis capiti adhibitis leuatur, non cordi 1. *de cauſ. ſympt. vltimo:* Ergo illa reuocatio non eſt in corde, ſed in cerebro primario & principaliter, quamuis conſecutione quadam naturarum etiam facultas vitalis ſimul cum ſpiritu ad cor reuocetur, ſanguis vero in hepar.

QVÆSTIO III.

Quomodo diſtinguatur ſomnus naturalis, ab innaturali.

Quib' modis dicatur aliquid naturale.

VT differentias inter vtrumque ſomnum aſſignemus, quibus modis aliquid dicatur naturale ſcire oportet. *Primo* ergo, dicitur aliquid naturale, vt diſtinguatur contra violentum, quomodo lapidis motus deorſum dicitur naturalis. *Secundo* modo dicitur naturale id, quod à natura intenditur; vt cibum ſumere. *Tertio* dicitur aliquid naturale, quod licet non intendatur à natura, eius tamen operationem ſequitur, vt reſpiratio. *Quarto* quod ab ortu contractum eſt, vt ſi in Petro caliditas, vt quæ ab ortu contracta ſit, dicetur Petro naturalis. *Vltimo*, dicitur aliquid naturale, quod corpori eſt vtile.

Somnus naturalis quis.

His ſic animaduerſis, ille ſomnus dicetur naturalis, *qui vtilitatem corpori affert*, præternaturalis vero, *qui noxam*. Item ille dicetur naturalis,

ralis, *qui ab agente natura prodit*: præter naturam, *qui à patiente tantum, non agente*: nam vt *ſupra* viſum eſt, ſomnus naturalis eſt actio, præternaturalis vero paſſio. Diſtinguuntur etiam ſomni hi per cauſas; nam ſomnus naturalis habet pro cauſa animam ſpiritus retrahentē, vel ad eorū reparationē, vel ad alimenti ſumpti confectionem: Præternaturalis vero humorē obſtruentem cerebri meatus, impedientemque facultatis animalis delationem per neruos, vt cōſtat ex Gal. 1. *de cauſ. ſymp. vlt.* & 3. *de cauſ. pul. 9.* *Qui præter naturalis.*

Vltimo ſeparantur, quia ſomnus naturalis non ſolum eſt breuis; præternaturalis vero longus; ſed quia à ſomno naturali facile excitatur dormiens, à præternaturali vero difficulter; Et hæc eſt cauſa, quare non licet appellare præternaturales illos ſomnos, qui cum ſumma vtilitate fiunt, iuxta ſententiam Galeni 2. *prorrh. 29.* vt ſi accidat per biduum dormire eos, qui per morbum diu vigilarunt, vel pueros criſim citra vacuationem per ſomnum habentes; hi enim ſomni dicuntur naturales, licet ſint longi, quia non ſolum fiunt cū ſumma vtilitate 3. *Aph. 3.* & 3. *præſ. 1.* ſed etiam non difficulter ab illis excitantur patientes, ſicut à præternaturalibus, vt verbi gratia, à comate, caro, & cæteris lethargiæ ſpeciebus, ab his enim difficulter excitantur ægri, licet pungantur. Si autem quis longum

gum ſomnum habeat, & difficulter expergiſcatur, ſed non à morbo, ſed ab vtilis humidi copia, ebrietatem patietur, non lethargum.

Nec dignis repugnat Galen. *3. de cauſ. pulſ. 9.* ſomnum naturalem à ſiccitate naſci commemorans, cum tamen à nobis dictum ſit *ſuperius*, ſomni naturalis materialiter loquendo, occaſionem eſſe vaporem ſurſum aſcendentem, & meatus obſtruentem. Non, inquam, obſtat, quia ſiccitas ex motu ſenſuque membris contracta eſt, occaſio accerſendi ſomnũ, propterea, quod auget vſum, & neceſſitatem ſomni ad reparandos ſpiritus per motum & ſenſum deperditos, & de hac ſiccitate intelligendus eſt Galenus *loco citato, nullum autem eſt inconueniens, eundem effectum à duabus cauſis contrariis diuerſimode conſideratis prouenire.*

QVÆSTIO IV.

Vtrum ſomnus viſcera calefaciat, & roboret innatum calorem.

HÆc quæſtio duas habet partes, *Prima* eſt, vtrum ſomnus interiora calefaciat, exteriora vero refrigeret. *Secunda* vtrum perpetuo roboret innatum calorem.

An ſomnus interiora Quod attinet ad primam, pars affirmatiua (quæ quidem ab omnibus communiter recipitur

pitur) probatur in primis autoritate Hippoc. *6. Epid. ſect. 4. tex. 12.* vbi ait; quod dormiens calidior circa interiora, vigilans contra; cuius rei apud Galenum in *commento* eſt argumentum, quod dormientes pluribus egent indumentis: Eadem ſententia habetur apud Ariſtotelem *3. de hiſtor. animalium* 19. vbi ait, quod vulneratus per ſomnum non æque fundat ſanguinem, ac vigilans, vnde obtinuit vſus, vt non protinus ab expergefactione ſanguis mittatur, ſed poſt aliquot horas, in quib. fundi ſanguinem, & per corpus diſtribui, coniectura ſit. Eandem ſententiam ſequitur Auic. *2. 1. d. 2. cap. 13.* *calefaciat, exteriora refrigeret.*

Deinde ratione ſic oſtenditur, & in primis, quod ſomnus exteriora refrigeret, ſic colligitur: propterea tempore vigiliæ partes externæ caleſiunt, quia ſanguine & ſpiritu repletæ ſunt: & *præterea* quia operantur membra (motus enim eſt caloris cauſa) ſed tempore ſomni non ſolum adeſt inopia ſanguinis & ſpiritus, ſed etiam otium membrorum; & præter hæc omnia pituitæ defluxæ ad illas partes frigus. Ergo neceſſario tunc temporis frigeſiet. Maior eſt vera, conſequentia bona: minor probatur, & primo, quod membra tempore ſomni ſint in otio, omnes fatentur, nam ſomnus (vt *ſupra* viſum eſt) per impotentiam ſenſus & motus definitur, quod autem tunc adſit

inopia

inopia ſanguinis & ſpiritus, probat Ariſtot. 3. *de hiſtor. animalium citato.* Tandem quod magna pituitæ copia defluat à cerebro ad partes externas, eas infrigidans, oſtenditur, quia vapores tempore ſomni eleuati & in cerebro concreti propter grauitatem neceſſario deſcendunt, quia omne graue tendit deorſum; concreſcunt vero in cerebro à frigiditate ipſius, non poſſunt autem deſcendere per internos meatus præcalidos, quia facile à calore liquantur: Ergo per carnes & cutem defluent, quæ membra ſua frigiditate refrigerāt, & quia refrigerant, denſant, quia vero partes externæ denſantur, & pituita illa opplentur, à delato ſpiritu & ſanguine perforari nequeunt, vnde fit, vt repercuſſus à carne calor ad viſcera deflectat, coituq; ſuo roboretur, & creſcat, *virtus* enim *vnita fortior eſt ſeipſa diſperſa.*

Ex quibus etiam conſtat, interiora tempore ſomni calefieri, quod rurſus confirmatur; quia *calor innatus tunc temporis regreditur ad interiora: Ergo ea calefaciet*: Antecedens probatur, quia *pulſus ſequitur calidi innati motum; ſed dilatatio arteriarum tempore vigiliæ eſt maior & velocior contractione, per ſomnum vero è contrario: Ergo neceſſe eſt opinari quamdiu dormitur, redire magis calidum introrſum, quam expandi, ſi ad tempus vigilandi conferatur*, quamuis inter ipſas ſomni partes, exteriora in priori ſomni parte frigidiora

ſunt,

ſunt, quam in poſteriori, magis ſcil. eo tempore reuocato calore.

Nec huic ſententiæ aduerſatur, quod nonnulli obiiciunt, ſcilicet multos eſſe, qui adhuc vigiles, cum ſe ſomno tradunt, niſi valde operiantur, non caleſcunt, iidem vero paulo ab incepto ſomno tam multa indumenta tolerare nequeunt, quia exuruntur, quod quidem experimentum oſtendit, falſum eſſe, quod *ſupra* dictum manet, nempe exteriora in priori parte ſomni frigidiora eſſe, quam in poſteriori.

Ad hanc obiectionem, dicendum eſt, in illis ſanguinem contineri acriorem fuliginoſumque & vſtioni proximum, qui ad ventriculum accedens alimenta inflammat, quorum vapor vniuerſum corporis habitum deurit, niſi ab indumentorum copia temperetur; vapores enim eleuati ab inflammatis alimentis per ſomnum, & detenti ab indumentis deurunt totum corpus, & ideo ſe diſcooperiunt tales: hinc etiam fit, vt homines ætatis conſiſtentiæ, cum ſint frigidiores adoleſcentibus, tamen per ſomnum non patiuntur magnam indumentorum copiam, quia ſcilicet in his ſanguis continetur acrior, & magis vrens, ſeu inflammans. Dormientem igitur pluribus egere veſtibus frequentiſſimum eſt, & quaſi perpetuum, excepto vbi vapores deuren-

urentes exhalant, tunc enim paucioribus vtendum eſt.

Vtrũ ſomnus roboret innatum calorem. Quod vero attinet ad ſecundam quæſtionis partem, videlicet, *vtrum ſomnus roboret innatum calorem*, ex ſuperiori diſputatione, quid ſit reſpondendum, poterit vnuſquiſque colligere: cum enim ſomnus interiora calefaciat, & coctiones omnes roboret, vt *inferius* conſtabit, coctiones autem perficiantur calore, ſequitur manifeſte tempore ſomni calidum innatum roborari, quod vlterius confirmatur, quia per retroceſſum vnitur, *virtus autem vnita fortior eſt ſe ipſa diſperſa.*

Obiectiones. Reſtat nunc, vt ſoluamus quaſdam Hippocratis & Auicennæ autoritates, prædictæ reſolutioni aduerſantes.

1. Ad primam Auic. 2.4.*cap.101.* vbi de conualeſcentibus agens ſcribit, ſomnum nonnunquam cruditatem efficere, & frangere vim innati calidi, quod quidem ſuperioribus è regione pugnat. Item ad aliam Hippocr. autoritatem 2.*acut.commento vltimo*, vbi ait, ſomnũ

2. nonnunquam capitis grauitatem inducere, corporiſque diſſolutionem. Dicendum eſt,

Somnus quando infirmet. quod ſi ſomnus modum ſeruat, ſequiturque moderatum cibum, calidum innatum redditur vegetius, & robuſtius, ſi vero aut infra modum ſubſiſtit, aut immodice exceſſit magis infirmat calorem: flatibus etiam corpus replet,

plet,faciem pallore deformat, tumefacitque, & tandem pandiculationes, oſcitationeſque gignit,& ructus,non eſt autem inconueniens eoſdem affectus prouenire à contrariis cauſis, diuerſimode conſideratis;Nam in breui ſomno flatus exurgunt, quoniam tunc temporis incipit coctio,initium autem coctionis eſt flatuum generatio, ſicut coctio genitorum diſſolutio *6.Aphor.*1.In immodico autem ſomno ſuſcitantur flatus, ob duplicem rationem. 1. Quia calor internus cum careat excremento,in quo operetur(nam in immodico ſomno iam excrementa ſunt reſoluta) vertitur in membrorum vtilem humiditatem, quam communi caloris facultate vertit in flatus. 2. Ratio eſt,quia cum ſanitas noſtra iuſta ſomni vigiliæque viciſſitudine contineatur,*12.Method.3.*& ex his duobus ſomnus concoquat vtilem alimenti portionem,inutilem vero diſcutiat vigilia,fit,vt ſi ſomnus ſuos exceſſit terminos,& occupauit alienos, propter vigiliæ reſoluentis inopiam excrementa ſuccreſcant in corpore, quæ in flatus mutata corpori pigritiam,tumorem,pallorem,&c. inducunt.

Breuis ſomni incommoda.

Immodici.

Ad Auicennam ergo dicendum eſt, eum *loco citato* de breui & parco ſomno agere, loquitur enim de ſomno diurno, qui regulariter parcus eſſe ſolet.

Ad Hippocratem vero, eum loqui de immo-

modico,& ita explicantur prædictæ autoritates *lib.artis med. cap.* 84. ab inſigni præceptore, non repugnante Galen.2.*acut.citato.*

Ad 3. Auicennæ autoritatem *3.1.d.2.cap.9.* in *cuius medio* ſyncopem timeri ex ſomno docet,ex qua ſententia colligunt nonnulli, calidum innatum non roborari,imo potius debilitari, ideoque timeri ſyncopem ab Auicen. Reſpondendum eſt ex eo, Auicen.*loco citato* timere ſyncopem ex ſomno,quia præceſſit magna aliqua vacuatio: quotieſcunque enim ex longa aliqua vacuatione membra ſanguine ſpirituque vitali inaniuntur,ſi contingat proximè à vacuatione ſomnus, ſequitur maxima corporis fatigatio,ſeu debilitas & aliquando ſyncope cauſa huius euentus eſt; quia cum omnis ſomnus retrahat calorem à membris ad viſcera,vt ex ſuperioribus conſtat,fit, vt illud exiguum caloris in membris reſiduum ſomni opere confugiat introrſum,& vniuerſa corporis moles debilis reddatur, & exhauſto in totum deferente ſpiritu expectatur ſyncope,ob quem timorem præcipit Auicen.*loco citato*,tales (quibus ſcilicet aliqua euenit vacuatio) vigilare recreariique odoribus & potibus primum, poſt aliquantum autem temporis ſpatium iubet, vt incolumiter ſe ſomno tradant,quia ſi protinus à vacuatione dormiunt, praue habent. Quotieſcunque igitur ſpatio-

Cur euacuati non illico debeãt ſuperdormire.

tioſum iter quis confecit, aut miſſus illi ſanguis eſt, aut peperit mulier, aut denique ex vulnere largam perpeſſus eſt aliquis hæmorrhagiam, ſi ſomnus ſuccedat, laſſitudinem & confractionem auget membrorũ, & aliquando deliquium ſuccedit; ſi vero non præceſſit conferta & repentina vacuatio, ſed ſit fameſcens & dormiat, minus hic, ſed tamen etiam ex ſomno euadit, ſeu exurgit debilior; ſi denique poſt moderatum alimentum aliquis dormiuit, maxime augetur & roboratur calor.

Ad 4. Galeni autoritatem *6. Epidem. ſect. 4. tex. 16.* & *1. de cauſ. ſympt. vltimo*, quibus locis aſſerit, quandoque nos infrigidari ex ſomno, nonnunquam calidiores reddi. Reſpondendum eſt, Galenum *locis citatis* ſolum inquirere, vtrum ſomnus aliquando reddat nos frigidiores, quam ante illum eramus, in quo ſenſu docet; vtrumque pro varia dormientis conditione euenire; verbi gratia, ſi ſomnus excipiat corpus non febrile, abundans alimento vel humore crudo, vnito intro calore, & ex crudis illis ſuccis aucto, efficit hominem ſe ipſo calidiorem; ſi vero cum dictis humoribus, vel alimento febriebat, retractus innatus calor cum aſcititio illo confligens debellat, redditque in febrientem, ac proinde refrigerat. *Præterea* ſiue adſit febris, ſiue

Quando ſomnus efficiat hominem calidiorem.

Quando frigidiorẽ.

non in Petro, verbi gratia, bilis copiam habente, ſi ſomnus talem humorem ſuperet & expurget, refrigerabit quidem; ſi vero ſomnus id non aſſequitur, non mutat Petri temperamentum, id eſt, non reddit Petrum calidiorem, nec frigidiorem. *Poſtremo* ſi inflammatio interna vexat, & ſomnus intempeſtiue adhibetur, auget phlegmonem ſimul & febrem: vnde neceſſario ex ſomno euadit homa calidior, quam ante ſomnum.

Ex quibus omnibus manifeſte conſtat, *ſomnum aliquando calefacere, aliquando vero refrigerare, pro varia dormientis conditione*; cum hoc tamen ſtat, *ſomnum perpetuo natiui caloris ſubſtātiam augere, non minuere*. Nec prædictæ ſententiæ aduerſatur, quod quidam obiiciunt, nempe ſomnum caliditatem & frigiditatem nō poſſe producere: *Primo* quia duo effectus contrarii non poſſunt prodire ab vno & eodem. 2. Quia ſomnus eſt priuatio, quæ tamen non poteſt eſſe cauſa alicuius entis realis poſitiui. Non, inquam, aduerſatur, quia *nullum eſt inconueniēs vnum & idem diuerſimode conſideratum, vel reſpectu diuerſorum, contrarios producere effectus*. Et ad inſtantiam, quod priuatio non poſſit eſſe cauſa alicuius rei, dupliciter reſpondetur. *Primo* in ſomno vltra priuationem dari agentia actu & realia, quibus mediantibus acquiritur frigiditas aut caliditas, verbi gratia, datur humiditas

ditas concreta, & vnio innati calidi, quę ſimul cum ſomno, ad effectus illos producendos conſiderari debent. 2. Dico, quod *licet priuatio non poſſit eſſe cauſa per ſe alicuius entis realis poſitiui, tamen per accidens poteſt eſſe*; quo pacto cœcitas eſt cauſa, cur aliquis incidat in foueam & abſentia nautæ cauſa, cur nauis ſubmergatur, denique prohibita ventilatio cauſa putredinis.

QVÆSTIO V.

Vtrum ſomnus omnes coctiones roboret.

PArtem negatiuam huius quæſtionis probant nonnulli, & in primis, quod ſomnus non augeat priores duas coctiones, quæ fiunt in ventriculo & iecore, ſic oſtendunt: *Cor tempore ſomni eſt frigidius, quam tempore vigiliæ; Ergo & reliqua membra interiora; ſed hoc dato, ſequitur, coctiones, quæ fiunt in viſceribus, non roborari per ſomnum, Ergo.* Maior oſtenditur, quia pulſus atteſtatur cordis temperamento ex Galen. & communi Medicorum ſententia, ſed pulſus dormientis eſt paruus & languidus, vt patet ex eodem Galeno 3. *de cauſ. pulſ.* 8. & ex Auicen. 2. 1. *de pulſ. cap.* 12. Ergo cor dormientis erit frigidius, & per conſequens reliqua viſcera: Minor vero prioris argumentationis probatur, quia coctiones perficiuntur calore; Ergo *Rationes negantium.*

ſi per ſomnum calor diminuitur, coctiones deficere neceſſe eſt.

2. 2. Quod tertia coctio membrorum per ſomnum non roboretur, ſic oſtendunt: *caro tempore ſomni redditur frigidior, Ergo illius coctio, nutritioque tunc temporis maxime deficiet*; antecedens ex *ſupra* dictis conſtat, per ſomnum enim revertitur calor ab exterioribus ad interiora 6. *Epid.ſect.*4.12. conſequentia valet; ſiquidem coctio perficitur calore.

3. 3. Quod coctio, quæ fit in cerebro, non augeatur per ſomnum, ſic probant: ſuppoſito (quod verum eſt) ſomnum, materialiter loquendo, fieri per obſtructionem meatuum, per quos ſpiritus animalis demandatur ad ſenſationes & motiones obeundas, quæ quidem obſtructio fit à frigida materia: tunc ſic: *quandiu durat ſomnus, perſtat obſtructio illa materia frigida & humida. Ergo toto hoc tempore cerebrum eſt frigidius, quam in vigilia: ſed cum frigiditate cerebri non poteſt ſtare maior, ſeu praſtantior coctio, Ergo. Secundo* idem confirmant, quia *ſi ſomnus cerebri coctionem roboraret, in affectibus ſoporiferis, quorum ſanatio eſt crudi humoris in capite coctio maxime conferret ſomnus: Cum tamen experientia quotidie nobis contrarium oſtendat in ſpeciebus lethargiæ*, in quibus remedia excogitamus ad ægros à ſomno excitandos, non alia de cauſa, niſi quia ſomnus illis valde noxius eſt.

His

His tamen non obſtantibus, pars affirmatiua (quæ verior & probabilior cenſetur) tenenda erit, & probatur in primis, autoritate Galeni *3. de cauſ. pulſ.* 8. & *1. de cauſ. ſymptom. vltim.* & 7. *Meth. 6.* & *Aphoriſ. 15.* Item autoritate Auicen. *3. 1. d. 2 cap. 9.* Ratione vero ſic: *coctiones fiunt mediante calore: ſed tempore ſomni calor innatus magis in viſceribus roboratur*, vt ex *ſupra* dictis conſtat, *Ergo tunc temporis coctiones erunt præſtantiores, quam tempore vigiliæ.* *Affirmantium.*

Reſtat, vt reſpondeamus ad rationes pro parte contraria adductas. Et pro ſolutione *primæ*, aduertendum eſt, dupliciter dici aliquid eſſe frigidum, vel *ſimpliciter & abſolute*, cum ſcilicet habet plures gradus frigiditatis, quam caloris: vel *per accidens*, quando ſcilicet, licet habeat plures gradus caloris, tamẽ hi obtunduntur & offuſcantur ab aliqua re externa, vt videre eſt in flamma ignis, quæ à lignorum congerie obtenebreſcit. *Reſponſio ad rationes negantium.*

Hoc ſuppoſito, ad primam obiectionem reſpondendum eſt, negando maiorem propoſitionem, ſi intelligatur de frigiditate abſoluta cordis (nam dormiens perpetuo cor habet calidius collecto innato calore:) ſi vero intelligatur de frigiditate accidentaria & priuatiua, conceditur, & hæc eſt cauſa, cur tunc temporis pulſus dormientis paruus eſt,

& languidus ſaltem in ſomni initio, nempe ob confertum repentinumque recurſum obruentis ad viſcera humoris, ſuffocantiſque; indicium huius rei eſt, quod vbi primum natura obtinet, vel aliqua ex parte conficit alimẽtum, confeſtim deliteſcunt pulſus illæ differentiæ, & permutantur, vt colligitur ex Auicenna *2. 1. de pulſ. capit.* 12. non renuente experimento.

2. Poſſumus dicere, quod ſicut ſe habet æſtas ad hyemem, quo ad calorem, ita ſe habet ſomnus ad vigiliam; vnde quemadmodum in æſtate calor eſt intenſior, quam in hyeme, licet quantitas caloris naturalis ſit minor; contra vero accidit per hyemem, ſic etiam in ſomno maior adeſt quantitas caloris, quam in vigilia, minor tamen eſt intenſio: licet ergo pulſus dormienti ſit paruus & languidus, non ſequitur inde, calorem minui ſecundum quãtitatem, licet minuatur ſecundũ qualitatem; coctiones autem fiunt quantitate caloris, non intenſione *1. Aphoriſm. decimo quarto*, & *decimo quinto*, indicium eſt, quod hyeme (vbi adeſt copia caloris) melius coquitur alimentum, melius appetimus, melius denique nutrimur, quam in æſtate, vbi adeſt intenſio caloris: & ad inſtantiam, quod pulſus atteſtatur cordis temperamento; Dico, *pulſum arteriarum atteſtari cordis temperamento, qualitatiuo, non quan-*

Cur in ſomno pulſus ſit paruus.

quantitatiuo. Vel dico, *atteſtari cordis temperamento influenti*; vnde cum tempore ſomni à corde non influat, ob retractionem ſanguinis & ſpirituum, non mirum eſt, pulſum paruum, & languidum euadere præcipue in ſomni initio, vbi retractatio illa maior eſt.

Nec quicquam valet, quod Auicen. 2. 1. *citato* prædictam ſoluens dubitationem dictis adiungit: ait enim *eo loco*, calorem in viſceribus per ſomnum augeri propter vnionem; at vero tunc temporis minui, propter quietem; & ſic non mirum eſſe, pulſum eſſe languidum, *ſicut enim* (inquit) *per motum aſcendenti, vel laboranti reſpiratio & pulſus crebreſcunt, quieſcenti vero langueſcunt, ita vigilanti, ob ſpiritus ſparſionem ad exteriora, pulſus fiunt magni & veloces, dormienti vero propter quietem minuentem calorem pulſus fiunt tardi & languidi.* *Cur languidus.*

Non, inquam, recipitur Auicennæ dictum, quia in duobus peccat. *Primo* quia non aduertit reſpirationē à valido exercitio crebreſcere, non propter auctum cordis calorem ſimpliciter, ſed magis gratia ſpiritus animalis reparandi, qui prævalido naturæ conatu diſſipatus eſt. 2. In eo peccat, quod ait, pulſus parui & languidi cauſam in quiete frigefaciente ſitam eſſe, nam ſi plus poteſt quies ad refrigerandum ventres, quam vnio ſanguinis ad calefaciendum, non eſt cum Ariſtot. & Hippo-

erat. pronunciandum , viſcera dormienti magis calere,quam vigilanti. *Præterea*, ſi pulſus ex ſola quiete per ſomnum redderetur tardus & languidus,oportebat non ſtatim apparere in ſomni initio , ſiquidem tunc temporis quies nondum operata eſt, ſed multo poſterius, cum tamen prædictæ pulſus differentiæ in ipſo ſomni initio maxime appareant,paulatim autem commutantur in magnitudinem,& vehementiam.

Ad 2. obiectionem,qua nonnulli probant, tertiam membrorum coctionem per ſomnum non roborari. Reſpondendum eſt,quod licet tempore ſomni in partibus exterioribus adſit frigiditas, vt probat argumentatio , tamen non ideo coctio deficit, imo perfectior eſt, quam tempore vigiliæ, quia multa tunc temporis adſunt, quæ compenſant calidi in illis partibus inopiam,videlicet, quies ad coctionem maxime faciens, item ſpiritus licet exiguus à cutis denſitate cohibitus,& difflare prohibitus. *Secundo* poſſumus dicere,argumẽtationem quidẽ concludere in principio ſomni,collatione facta ad vigiliã: ſi vero loquamur de tempore ſomni,præſtantior eſt tertia membrorum concoctio,ob calorem iam (ſaltem in poſtrema ſomni parte) ab internis ad externa redeuntem,indicium eſt, quod in fine ſomni calidiores ſumus,cum tamen in initio frigus vigeat.

Ad

Ad 3. quæ probant cerebri coctionem tempore ſomni deficere. Dicendum eſt, & ad primam probationem, verum quidem eſſe, initio ſomni cerebrum reddi frigidius; proceſſu tamen redditur calidius ob copiam ſpiritus animalis, qui calidiſſimus eſt, ideoque toto tempore ſomni collatione facta ad totum tẽpus vigiliæ cerebri coctio præſtantior euadit: augetur autem ſpiritus animalis tunc temporis, ob duplicem cauſam: *prima*, quia non exhauritur (non enim tunc temporis ſenſuũ & motuũ operationes fiunt,) 2. quia non ceſſat coctione aeris & ſanguinis multiplicare ſeſe, & roborare. *Cur ſpiritus animalis in ſomno augeatur.*

Ad 2. vero probationem dicimus, quod licet ſomnus in affectib. ſoporiferis ſeu comatoſis iuuet nomine coctionis, tamen infrigidationis & humectationis gratia maxime lædit, cauſa eſt, quia ſopor ex intemperamento frigido, & humido habet ortũ, quod quidem intemperamẽtum per ſomnum maxime augetur, potiſſimũ ſi laborantis caput illi obnoxium eſt, propter pituitæ copiã: quia ergo ſomnus in prædictis affectib. gratia intemperamenti plus aduerſetur, quam ex coctione emolumenti ſperari poſſit, ita Medici moderãtur auxilium in eiſdem, vt per interualla quædam breues ſomnos ad coctionem laudent, multos & frequentes propter euidentem alterationis noxam vituperent. *Somnus in affectibus ſoporoſis cur noceat.*

QVÆ-

QVÆSTIO VI.

Vtrum ſomnus omnes vacuationes coerceat.

PArs negatiua huius quæſtionis ſuaderi poteſt, in primis, *quia per ſomnum calor innatus magis roboratur* (vt ex ſupra dictis conſtat.) *Ergo & omnes facultates naturales: ſed hoc dato ſequitur, ſomnum non cohibere vacuationes, Ergo*: Minor huius argumentationis oſtenditur, quia ſi facultates tempore ſomni roborantur, expultrix tunc temporis robuſtior euadet, & ob robur expultricis vacuationis intendentur & augebuntur: Ergo ſomnus non cohibet vacuationes.

Rationes negantium.

1.

2. *Secundo* eiuſdem partis veritatem oſtendunt nonnulli in vomitu & fluxu, in hunc modum: *quotieſcunque humores ab externis ad interna mandantur, vacuationes augentur, ſicut contra per retroceſſum ad exteriora retinentur; ſed toto tempore ſomni* (quod à Galeno oſtenſum eſt 3. *de cauſ. pulſ.* 10.) *viget humorum motus introrſum ad viſcera, ſicut contra per vigiliam extrorſum ad cutem; Ergo vere ſimile eſt, eo confluxu augeri prædictas vacuationes, tantum abeſt, vt ſiſtantur.*

3. *Tertio* idem oſtendunt in ſudore, ſic: *ſudor eſt vacuatio, & tamen tempore ſomni magis prouocatur*, vt docet experientia, ab Auicenna relata,

ta, 2. *r.d.* 2.13.& 2.4.68.& ab Ariſtot.*2.problem.* 28.*Ergo*,&c.

His tamen non obſtantibus, quæſtioni vnica concluſione ſatisfaciemus, quæ talis eſt; *ſomnus omnes vacuationes cohibet dempto ſudore, quem magis prouocat*: Hæc concluſio,quo ad priorem partem oſtenditur autoritate Auic. 2.1.*citato*,& Galeni *2.de ratione victus tex.55. & vltimo*,& Hippoc.4.*Aphor.15*.Deinde ratione ſic: *quandocunque facultas expultrix non ſentit, vacuationes cohibentur; ſed tempore ſomni non ſentit; Ergo vacuationes minuentur, & deficient*: Maior probatur,quia vt colligitur ex Galeno 2. *de naturalibus facult. cap. 12. facultas expultrix non expellit, niſi irritata: at vero non irritatur, niſi ſentiat: Ergo cum per ſomnum torpeat ſenſus, ſequitur vacuationes tunc temporis non augeri, imo potius minui cohiberique.* quod autem tempore ſomni torpeat ſenſus, colligitur ex definitione ſomni *ſupra* tradita. *Opinio auctoris.*

Secundo confirmatur eadem pars, quia *motus turbat corpora, & fluxiones excitat*, docente Hippocrate 4. *Aphoriſm. 15. Ergo ſomnus* (qui quieti comparatur, ſicut motus vigiliæ) *turbatum corpus ſedabit, & fluentes humores coercebit*, potiſſimum cum tempore ſomni ab operationibus ſenſuum, & motuum fiat ceſſatio.

Cur autem ſomnus ſudorem moueat, va- *Cur ſomnus*

riæ

riæ traduntur cauſæ: *prima, quia vapor alimenti ad cutem accedens* (quamuis in quantitate æquali, ac tempore vigiliæ) *ibi per moram concreſcens tranſit in ſudorem*. Et ſi aliquis inſtet, talem vaporem per vigiliam accedere ad cutem, & tamen non tranſire in ſudorem. Dico, per vigiliam occurrere calidæ cuti, ac proinde raræ, ideoque per inſenſibilem tranſpirationem reſolui: per ſomnum vero prædictus vapor accedit ad cutem frigidam & denſam, vbi per moram concreſcens tranſit in ſudorem.

2. *Secunda* cauſa, quia copioſior halitus, ſeu vapor funditur à viſceribus ad extimas vſque carnes, tempore ſomni, quam tempore vigiliæ, 3. *de cauſ. pulſ* 10. Et colligitur ex eo, quia tunc alimentum plus coquitur, per coctionem autem vapores eleuantur.

3. *Tertia* (quam quidem tradit Ariſtot. 2. *problem*. 28. licet cũ prima videatur coincidere) quia vapor alimenti, ſi libere per corpus difflatur (quod fit per vigiliam) & non habet locum vbi moretur & detineatur, euaneſcit, ſi vero contra, id eſt, cohibetur à carnium denſitate (quod fit per ſomnum) propter moram tranſit in ſudorem, indicio ſunt corporis cauitates ſudore abundantes, alæ, & inguina: ex cauitate enim non cito efflat vaporoſa humiditas, ſed per moram detinetur, quia ergo quieſ-

quieſcenti per ſomnum vapor non libere diſflatur, nec môtu corporis diſſipatur, concreſcens per moram tranſit in ſudorem.

Quarta, quam tradit Auic. 2. 4. *cap.* 68. ſupponit vacuationem excrementorum per ſomnum minorem eſſe, quam pro eorum copia: nam vrina, mucus, ſputum, ipſa per cutẽ perſpiratio à cutis denſitate prohibita, denique iſta omnia, per ſomnum, aut nulla ſunt, aut valde exigua: natura ergo prouida & ſagax illarũ expurgationum inopiam copioſo ſudore tunc temporis compenſat: & hoc eſt, quod inquit Hip. 4. *Aph.* 41. *ſudor multus ex ſomno abſque cauſa manifeſta factus, corpus vti pluri cibo ſignificat, ſi vero cibum non accipienti, &c.* 4.

Poſtrema cauſa (quam etiam tradit Auicen. *citato iuxta finem*) multis continetur ſerum in vaſis iuxta cutem, quod confeſtim exudat, vbi ſe ſomno tradunt, vel quia tale ſerum exprimitur à denſitate carnium, vel (quod magis videtur, vt ait Auicen. *citato*) retentrice ob innati caloris abſentiam in illis partibus deficiente, quemadmodum in animi defectu, ſeu deliquio ſudor accidit ſyncopticus. 5.

QVÆ-

QVÆSTIO VII.

Vtrum ſomnus corpora ſiccet, an vero humectet.

Somnum corpora ſiccare.

NOnnulli exiſtimant, ſomnum corpora ſiccare, idque probant, 1. *Quia caloris eſt exſiccare, ſed per ſomnum calor augetur* (vt *ſupra* dictũ manet.) *Ergo tunc temporis corpus exſiccabitur*, non vero humectabitur.

2. *Somnus comparatur hyemi, ſicut vigilia æſtati: ſed per hyemem inutilis humoris diffla tio ſeu reſolutio eſt maior, quam per æſtatem. Ergo & per ſomnum, ac proinde tunc temporis ſiccatio erit maior:* minor conſtat ex Galeno 1. *Aphoriſm.* 15. præſertim cum ſudor ad oculum tunc temporis magis exhauriatur, quam in vigilia.

3. Certum eſt *inan tum, & fameſcentem ſomno inaniri, & exſiccari, ſiquidem eo ingenio comparamus obeſis gracilitatem: Ergo ſomnus ſiccat, non vero humectat.*

Somnum corpora humectare.

His tamen nõ obſtantibus ad quæſtionem reſpondendum eſt, *ſomnum perpetuo corpora humectare per ſe*, licet per accidens aliquando exſiccet: Suadetur hæc ſententia in primis autoritate Galen. *lib. de maraſmo capit.* 2. & 2. *de ratione vic. commen. vltimo.* Eadem etiam habetur *6. Epid. commen.* 4. *ſuper tex.* (*ſomnus ſtabilis*) & 1. *Aph. commen.* 15. Deinde ratione oſtenditur, quia

quia per ſomnum excrementa aceruantur in corpore, à quibus quidem ipſum humectari neceſſe eſt, 2. *illud humectabit, quod morbos ſanat ſiccos* (curatio enim per contraria molitur) *ſed ſomnus morbis ſiccis remedium eſt*, vt patet in mania, phrenitide & ſimilibus. *Ergo. Vltimo* confirmatur hæc ſententia, quia ſomnus ſuperueniens ſitienti bonus eſt. *5. Aphor.* 27. non alia de cauſa, niſi quia coquendo humectat, nam ſitis eſt appetitus humidi, ſicut fames ſicci. *Cur ſomnus ſiti ſuperueniens bonus*

Iuxta hanc ſententiam, ad rationes in oppoſitum adductas facilis eſt ſolutio. Ad *primam* dico, verum quidem eſſe, calorem naturalem per ſomnum augeri, qui tamen tantum abeſt, vt ſiccet in ignis modum, vt potius humectet eo magis, quo auctior eſt; calor autem, qui habet annexam ſiccitatem, prçternaturalis eſt, non naturalis. *Reſponſio ad rationes oppoſitas.* 1.

Ad 2. dico, ſeparationem excrementorum per ſomnum quidem commode fieri, ſicut per hyemem, ob robur caloris naturalis, cæterum tunc temporis, & natiua humiditas vnione dormienti accreſcit, & aliena, quia non exhauritur vigilia. Ad Galenum vero 1 *Aph. citato*, aſſerentem, diſſolutionem excrementorum per hyemem eſſe maiorem, quam per æſtatem. Reſpondeo, eum ſolũ docere tempore hyemali calorem naturalem auctum eſ- 2.

ficere, vt ſuperfluitates excernantur, ſic etiam robur caloris naturalis per ſomnum efficit, vt adueniente vigilia confeſtim omnia expellantur excrementa tempore ſomni genita; indicium huius rei eſt multus ſcreatus, vrinæ, & fœcum vacuatio, &c.

Ad vltimam reſpondeo, quod licet inanitus & fameſcens per ſomnum membris areſcat, nihilominus ſanguis eius tunc temporis alitur & nutritur, ex ſuccis, qui intro continentur, ac proinde *per ſe ſemper corpus à ſomno humectatur, quamuis per accidens areſcat aliquando: ſic perpetuo ſomnus per ſe calorem roborat, per accidens vero nonnunquam refrigerat.*

QVÆSTIO VIII.

Quo tempore ſomnus ſit præſtantior.

QVæſito ſequens ſatisfacit concluſio: *Somnus nocturnus eſt optimus, potiſſimum poſt horam noctis tertiam: prauus diurnus: inter diei autem partes minimum nocet matutinus, maxime veſpertinus, mediocriter vero meridianus.* Hæc concluſio tres habet partes, quarum prima eſt, ſomnum nocturnum eſſe optimum, quæ probatur in primis autoritate Auic. 3. 1. *d.* 2. *cap.* 9. eadem ſententia colligitur ex Hipp. 2. *praſ. vnd.* & Galen. 7. *Metheor.* 6. quem ſequitur Paul.

Somnum nocturnum eſſe optimũ.

Paul. *lib. 1. cap. 97.* ratione deinde oſtenditur eadem ſententia; *Ille ſomnus erit optimus, qui eſt profundus, magnus & quietus*; *talis eſt nocturnus: Ergo*: Minor probatur, & in primis: quod ſomnus nocturnus ſit magnus, aperte conſtat; fere enim eſt ab hora noctis decima vſque ad ſextam, vel ſeptimam diei; quod vero ſit profundus & quietus, patet ex eo, quia *ſomnum nocturnum tria commendant, ſcilicet, tenebræ, frigus, & copioſum alimentum*, à quibus ſomnum profundum & quietum euadere neceſſe eſt; faciunt ad hoc tenebræ, in quantum eas ſpiritus fugit animalis, ſeu ſibi oppoſitum, indicium huius rei eſt, quod adueniente Sole per diem, homines apparent colorati, ob exeuntes ſpiritus; contra vero nocte: facit deinde frigus, quatenus exhalationem in cerebro congelat, & ſpirituum meatus denſat, & denique cõmeatum prohibet: *poſtremo* cum exercitatio diurna diſſipet corpus, ſequitur ad inanitionem fames, ad famẽ vero copioſum alimentum, ideo accedente nocte, in tempore adhibetur ſomnus, nam *vigilia ſatiatis noxia eſt*, ſiquidem cibum liquari & concoqui non permittit.

Cur vero expectari iubeant Medici (in quorum numero eſt Hip. *lib. de affectibus in fine*, & Oribaſ. *lib. 6. cap. 4.*) horas noctis tres, cauſa eſt, quia illud ſpatium concedunt refrigeran-

do capiti, concreſcendiſque in capite halitibus ſeu vaporibus.

Somnum diurnum eſſe malum. Secunda pars eſt *ſomnum diurnum eſſe pr[a]uum*, quæ ſuadetur autoritate Auic. 3. *1. d. 2. cap.* 9. & ex Hip. & Gal. *locis ſupra citatis*. Ratione vero

1\. ſic: primo, *quia cum ſanitas conſtet viciſsitudine ſomni per noctem, alimenta concoquentis, & vigiliæ excrementa per diem reſoluentis ſi contingat per diem dormire, neceſſe eſt, aliquid excrementi in corpore relinqui, atque ita plethoricis morbis originem præſtari*, iuxta ſententiam Hippocr. *lib.* 3. *de diætis.*

2\. *Secundo* oſtenditur eadem ſententia, quia *ille ſomnus erit prauus, qui coctiones impedit; & cruditates generat flatusque excitat: talis eſt diurnus; Ergo prauus erit*: probatur minor, quia ſomnus diuinus non poteſt eſſe ita prolixus, vt alimẽtum ad exactam coctionem perducat, aliter toto die eſſet dormiendum & otiandum; at vero ſi minor fuerit moderato, flatus excitabit & cruditates generabit, *initium enim coctionis flatuum eſt generatio 6. Aph.* 1.

3\. *Tertio* etiam vitari debet ſomnus diurnus, quia membrorum laxitatem & capitis grauitatem gignit; cauſa eſt, quia cum per diem cerebri, neruorumque meatus pateant, ſi adueniat ſomnus, aſcendit cibi exhalatio calida & perforat illos meatus, atque ita effœminat emollitq; neruos, vnde ſequitur membrorum laxi-

laxitas, huic autem damno multo minus patet nox, refrigerato, denſatoque cum neruis omnibus cerebro: quemadmodum enim corrigiam ſi frigida aqua perfundas, non emollies. Et calida, & aquæ potu (licet humidiori) ebrietatem non induces, ſed vini, quia calida humiditas penetrat, non frigida, ſic vapores corporis dormientis per diem cerebrũ, & neruos prægcalidos percutiunt, atque illos emolliunt, non vero per noctem, ſiquidem tunc temporis refrigerati ſunt & obſtructi.

Quarto & vltimo idẽ confirmatur, quia ſomnus diurnus non põt eſſe ita profund⁹ & quietus, qualem potiſſimum ad coctionem facere docuit Galen. *1. alim.* 1. nulla enim poteſt in ſomno per diem excogitari profunditas propter lucem retrahentem, & continentis calorem, & tam crebras excitantium voces. 4.

Inter partes diurnus minimum nocere ſomnũ matutinũ.

3. Pars concluſionis probatur, & in primis, quod inter partes diei matutinus ſomnus minimum lædat, colligitur ex Hippocrat. 2. *præſag. vnd.* vbi ait; *noctu dormire, diu vero vigilare oportet, ſicut ſanis ſolitum eſt, ſi vero ab hac conſuetudine quis aberrauerit, peior eſt ſomnus veſpertinus, quam matutinus.* Eadem ſententia deducitur ex Galeno 4. *acutor.* 95. idem conſtat ex Celſo *lib. 2o. cap. 4.* vbi ſomnum matutinum concedit, idem vero Autor addit *lib. 1. cap. 2.* quod ſi per noctem non eſt alimentum confectum

do capiti, concreſcendiſque in capite halitibus ſeu vaporibus.

Somnum diurnum eſſe malum. Secunda pars eſt *ſomnum diurnum eſſe pr[a]uum,* quæ ſuadetur autoritate Auic. 3.*1.d.*2.*cap.*9. & ex Hip. & Gal. *locis ſupra citatis.* Ratione vero

1\. ſic: primo, *quia cum ſanitas conſtet viciſsitudine ſomni per noctem, alimenta concoquentis, & vigiliæ excrementa per diem reſoluentis, ſi contingat per diem dormire, neceſſe eſt, aliquid excrementi in corpore relinqui, atque ita plethoricis morbis originem præſtari*, iuxta ſententiam Hippocr. *lib.* 3. *de diætis.*

2\. *Secundo* oſtenditur eadem ſententia, quia *ille ſomnus erit prauus, qui coctiones impedit; & cruditates generat flatuſque excitat: talis eſt diurnus; Ergo prauus erit*: probatur minor, quia ſomnus diuinus non poteſt eſſe ita prolixus, vt alimẽtum ad exactam coctionem perducat, aliter toto die eſſet dormiendum & otiandum; at vero ſi minor fuerit moderato, flatus excitabit & cruditates generabit, *initium enim coctionis flatuum eſt generatio 6. Aph.* 1.

3\. *Tertio* etiam vitari debet ſomnus diurnus, quia membrorum laxitatem & capitis grauitatem gignit; cauſa eſt, quia cum per diem cerebri, neruorumque meatus pateant, ſi adueniat ſomnus, aſcendit cibi exhalatio calida & perforat illos meatus, atque ita effœminat emollitq; neruos, vnde ſequitur membrorum laxi-

laxitas, huic autem damno multo minus patet nox, refrigerato, denſatoque cum neruis omnibus cerebro: quemadmodum enim corrigiam ſi frigida aqua perfundas, non emollies. Et calida, & aquæ potu (licet humidiori) ebrietatem non induces, ſed vini, quia calida humiditas penetrat, non frigida, ſic vapores corporis dormientis per diem cerebrũ, & neruos præcalidos percutiunt, atque illos emolliunt, non vero per noctem, ſiquidem tunc temporis refrigerati ſunt & obſtructi.

Quarto & vltimo idẽ confirmatur, quia ſomnus diurnus non põt eſſe ita profund⁹ & quietus, qualem potiſſimum ad coctionem facere docuit Galen. *1. alim.* 1. nulla enim poteſt in ſomno per diem excogitari profunditas propter lucem retrahentem, & continentis calorem, & tam crebras excitantium voces. 4.

Inter partes diurnas minimum nocere ſomnũ matutinũ.

3. Pars concluſionis probatur, & in primis, quod inter partes diei matutinus ſomnus minimum lædat, colligitur ex Hippocrat. 2. *præſag. vnd.* vbi ait; *noctu dormire, diu vero vigilare oportet, ſicut ſanis ſolitum eſt, ſi vero ab hac conſuetudine quis aberrauerit, peior eſt ſomnus veſpertinus, quam matutinus.* Eadem ſententia deducitur ex Galeno 4. *acutor.* 95. idem conſtat ex Celſo *lib.* 20. *cap.* 4. vbi ſomnum matutinum concedit, idem vero Autor addit *lib.* 1. *cap.* 2. quod ſi per noctem non eſt alimentum confectum

integre, non ſolum non lædere, ſed ſummopere conducere, vt matutino dormiatur, ſaltem præcipit, vt in lecto conquieſcat, ſic calidus ille, qui cruditatem paſſus eſt, nec committat ſe aut aeri, aut negotiis: quod quidem obſeruatum tanti facit Celſ. vt etiam ſi vrgente neceſſitate alicuius negotii, ad publicum procedendum ſit, oportere putet rurſum re confecta, lectum petere, & ſi fieri poſſit, ad integram vſque coctionem redormire; Eos vero, qui per noctem integre coxerunt, præſtat, prima luce ſurgere, nam per id tempus magnam excrementi copiam in capite aceruat ſomnus, & occaſionē crebris prębet catarrhis.

Prima ratio. Ratio deinde, cur ſomnus matutinus minus, quam in reliqua die lædat, duplex aſſignatur: *vna* continuitas nō interrupti ſomni; *altera* natura ipſa temporis ſomnum conciliantis; nam tempus illud, quod Solem antecedit (dicitur *Aurora*) vehementer alget & concretione vaporis caput refrigerat: oriente vero Sole è corpore multus & clemens halitus conſcendens, ſicut ex reliquis corporibus caput replet, & ad ſomnum inuitat, quæ eſt cauſa, quare matutinus ſomnus ſit ſuauis.

Cur aurora frigeat magis, præcedente nocte. Et ſi aliquis petat, *Cur aurora magis antecedente nocte frigeat?* quod Ariſt. dubitauit 8. *probl.* 16. & 25. *probl.* 5. idemmet Ariſtot. *locis citatis* multa excogitans non ſatis reſpondet; refert n. cauſam

ſam

ſam ad prolixiorẽ Solis abſentiã, ad pruinam tunc decidentem & aerem infrigidantem, ad ventos, qui frequenter orientem Solem antecedunt, denique ad inanitatem corporis celebrata iam coctionẽ.

Quamuis autem hæ cauſæ aliquando concurrant, tamen manifeſtior videtur illa, & rationi conſentaneor, quæ aſſerit, quod quemadmodum ardente ligno ad ignem contenta humiditas oppoſita cuſpide guttatim defluit fugiens accedentem flammam & flatus aliquod latus obſidens adhibito calente fomento ſecedit in alium locum, ita frigiditas auroræ fugiens Solis ardorem magis vnitur, *virtus autem vnita fortior eſt ſe ipſa diſperſa*, quia vero ab illa frigiditate concreſcunt aliqui vapores, qui à vapore ſolari reſoluuntur, ideo ſæpiſſime in aurora cadit ros. Poteſt etiam recipi pro cauſa frigiditatis auroræ prolixior Solis abſentia (quam etiam tradit Ariſt. *locis citatis*:) ſicut enim prolixior Solis præſentia, ſecunda hora poſt meridiem efficit maiorem æſtum, quam meridie (vt docet tempus æſtiuum) cum tamen tunc temporis Sol à nobis magis recedat, quam meridie, ita prolixior Solis abſentia efficiet in aurora maiorem frigiditatẽ, quam in media nocte, licet in aurora ſol ad nos magis accedat, quam in media nocte, vel quauis alia noctis parte.

Præterea, quod ſomnus veſpertinus potiſſimum damnetur, oſtenditur in primis autoritate Auic. *loco citato* & Hip. *2. præſ. vnd.* Cauſa vero poteſt referri ad horæ malitiam, nam recedente Sole (quo calor innatus mirum in modum recreatur) omnia noxia plus incommodant; cum ergo ſomnus diurnus (vt *ſupra dictum manet*) ſimpliciter ſit prauus, quia capitis grauitatem & morborum laxitatem, aliaque incommoda infert, de quibus meminit Valeriola *lib. 2. locorum communium cap.* 8. relinquitur, eum veſperi magis eſſe damnandum, cum dicta mala grauiora euadant ob dictas cauſas, etiam tunc temporis increſcentes.

Somnum meridianũ mediocriter lædere.

Vltimo, quod ſomnus meridianus mediocriter lædat, conſtat ex Hipp. *2. diætæ*, quem ſequitur Celſus *lib. 1. cap. 2.* hi enim meridianum ſomnum in debilibus permiſerunt longis diebus magis in ſtudioſis propter nocturnas lucubrationes: Eundem etiam conceſſit Galen. 8. *Meth. 2.* in patiente diariam febrem ita aſſueto: eundem etiam concedit Paulus *lib. 1. cap. 97.* illis, qui meridiano ſomno aſſueti ſunt. Aduertendum tamen eſt hoc loco, quod licet ſomnus meridianus concedatur, tamen non libere, ſed paucus ab homine magis ſedente, quam decumbente, quominus caput grauetur, pedibus autem nudatis, vt per-

perſpiratio il'a, conſcendentem exhalationum copiam retrahat. Item *condonandum eſt aliquid conſuetudini*, iuxta ſententiam Hipp. 1. *Aphoriſ.* 27. quamuis nonnunquam oporteat vitari ab aſſueto, potiſſimum, ſi conſuetudo praua ſit, ex Auic. *3.1.tract.2.cap.9.*

Reſtat, vt de ſomno nonnulla problemata ſoluamus: *primum* eſt, *num ſomnus ſanet laſſitudines?* & in primis Auic. *2.1.citato*, & Paul. *lib.1.cap. 97.* ſomnum omnes laſſitudinum ſpecies amouere affirmant. *Problemata 1. Num ſomnus ſanet laſſitudines.*

Verum pro parte negatiua facit, quod duæ laſſitudines, ſcilicet tenſiua, & phlegmonoſa augeantur à ſomno; ratio eſt, quia tenſiua ex ſola plenitudine oritur; phlegmonoſa vero ex plenitudine cum temperamenti vitio; ſomnus autem omnem plenitudinem auget & per internam caloris vnionem ad putredinem parat.

Pro huius difficultatis reſolutione, quid ſit laſſitudo, & quotuplex videndum eſt, quo declarato, quid ad propoſitum problema ſit reſpondendum, facile poterit vnuſquiſque colligere. Laſſitudo ergo ſic definitur, eſt *corporis affectus, ſæpius ſequens exercitii exceſſum, nonnunquam vero citra laborem ex interna cauſa originem trahens, à qua prodit* (vt ait Gal. 4. *de ſanit. capit. 2.* & *lib.3.cap.7.*) *pigritia & impotentia ad motum, & ſi corpus pergat moueri, moleſtiam quandam percipit.* *Laſſitudo quid.*

Nec huic definitioni aduerſatur Auic. 3. 1. *d.3.cap.12.* definiens laſſitudinem per ſymptoma, dicens, eſſe *diſpoſitionem, cuius ſymptoma eſt triſtis illa ſenſatio.* quam etiam definitionem amplectitur Galenus 2. *de cauſ. ſymptom. 5.* & 4. *de ſanitat. tuend. cap. 1.* Non, inquam, obſtat, quia *nõ eſt inconueniens, idẽ appellari ſymptoma & affectum*; ſic dolor aliquando accipitur pro ſymptomate, aliquando vero pro affectu 1. *Aph.23. in commento*: Sic conuulſio, ſic ſtupor, & ſimilia: hoc etiam pacto laſſitudo poteſt accipi & pro affectu, & pro ſymptomate, conſequente affectum, ideoque non inconuenit definire laſſitudinem per affectum & per ſymptoma.

Laſſitudinũ ſpecies. Quod vero attinet ad ſpecies laſſitudinis Gal. exiſtimat tres tantum eſſe 4. *de ſanit.* 2. & *lib.3.capit.7.* & 2. *Aph. commento 5.* quibus omnibus locis habet tres eſſe ſpecies laſſitudinis, quarum prima appellatur *vlceroſa, 2. tenſiua, 3. phlegmonoſa.* In eadem ſententia eſt Auer. 6. *collig. cap. 15.* quam etiam fere omnes Medici ſequuntur. Separantur autem & diſtinguuntur huiuſmodi laſſitudinum ſpecies, iuxta proprietates moleſtiæ perceptæ; quidam enim conantes moueri horrent, & per corpus morſus quoſdam percipiunt inſtar vlcerum, feruntque corpus ſe ſentire veluti ſpinis confixum, & hæc laſſitudo dicitur *vlceroſa*; alii gra-

uatos

uatos ſe eſſe queruntur,& laborant laſſitudine tenſiua, poſtremi aiunt habere ſe muſculos vniuerſos contuſos calenteſque & laborant phlegmonoſa.

Cauſæ autem, à quibus dictæ laſſitudines habent ortum, ſic diſtinguuntur: aut enim illæ laſſitudines proueniunt ex labore aliquo præcedente, aut ſponte ſua ab aliqua cauſa interna: ſi à labore, cauſa laſſitudinis vlceroſæ erit mordax à carnibus colliquatio per muſculos defluxa, & à cute retenta, vbi quidam morſus percipitur: tenſiuæ vero erit vehemens fibrarum, tendonumque prægreſſa cõtentio: phlegmonoſæ denique multa calenſque defluxio carnes replens tumefacienſque. *Cauſarum diſtinctio.*

Si vero prædictæ laſſitudines ſponte prodeunt (de quibus loquitur Hippoc. 2. *Aph.* 5.) tunc vlceroſa ortum habebit ex aucta in corpore cacochymia: tenſiua vero ex plethora, phlegmonoſa ex plethora cacochymiæ permixta.

Ex his manifeſte colligitur, tres eſſe laſſitudinum ſpecies, ſimplices ſcilicet, nam ex his nonnullæ aliæ compoſitæ conficiuntur (vt optime notat inſignis Valeſius 6. *contro. capit. vnd.*) quæ ratione ſenſus ſeu moleſtiæ præceptæ & prædominantis diſtinguuntur.

Nec prædictæ ſententiæ repugnat Auer. 6. *collig. ca.* 15. dicens: laſſitudinẽ phlegmonoſam

eſſe

eſſe compoſitam ex vlceroſa & tenſiua, ac proinde non eſſe ſimplicem quandam ſpeciem diſtinctam à prædictis duabus. Non, inquam, obſtat, quia oppoſitum conſtat ex Galeno *3. de ſanit. tuenda capit. 10.* quo loco apertiſſime reclamat, phlegmonoſam laſſitudinem ex duabus eſſe compoſitam: *Præterea* ratio id ipſum oſtendit (qua etiam vtitur Galen. *loco cit.*) nam licet in laſſitudine phlegmonoſa calor ſimiliter ſentiatur, ac in prædictis duabus, tamen laſſitudo phlegmonoſa hoc vnum habet (per quod à reliquis diſtinguitur) ſcilicet, quod inſit illi maior, quam pro naturali habitu, tumor, & præterea quod doloris ſenſus, qui in ea percipitur, non ſit ſimilis illi, qui in laſſitudine tenſiua viſitur, quippe in illa tendi, in hac vero contuſos eſſe vſque ad oſſa neruos putant, qui ipſa laborant. Si vero Galen. *2. Aph. commento 5.* laſſitudinem phlegmonoſam ex prędictis duabus compoſitam eſſe docet, id ex eo eſt, quia loquitur de laſſitudine phlegmonoſa non in ſe conſiderata, ſed in ratione cauſæ, quo pacto verum eſt dicere, eſſe compoſitam; ſiquidem ex plethora cacochymiæ permixta naſcitur: Eodem etiam modo dicimus, tertianam notham in ſe conſideratam eſſe morbum ſimplicem, ratione vero cauſæ eſſe compoſitum, in quantum ſc. ex contrariis humorib. cõmixtis habet ortũ.

De

De his tribus laſſitudinis ſpeciebus nulla eſt dubitatio inter autores, tota difficultas eſt, *vtrum vltra iſtas detur quarta aliqua ſpecies*, à prædictis diſtincta. Ad quod quidem reſpondendum eſt cum Auic. *3.1.d.5. ſumma* 2.1. quo loco vltra dictas laſſitudinis ſpecies, quarto loco recenſet laſſitudinem *areſactiuam*, quæ nonnullos exercitatorum occupare ſolet, per quam ſcilicet gracilitatem, muſculorumque ariditatem, exercitati percipiunt tantummodo. Eandem etiam conceſſit Gal. *3. de ſanit. cap.* 10. licet dubitet *citato*, an ſit numeranda inter ſpecies laſſitudinis, ait enim, quod licet reuera non ſit laſſitudo, tamen illi ſimilis ſit. *Vtrum vltra tres laſſitudinis ſpecies detur quarta.*

His ſic expoſitis, problemati in initio propoſito, ſequ[illegible] ſatisfacit concluſio. *Somnus omnes laſſitudi[illegible] ſpecies ſanat*; colligitur hæc ſententia manifeſte, ex *ſupra* citatis autoribus. Deinde de areſactiua nulla eſt dubitatio: natiuæ enim humiditatis in[illegible]iam (quod quidem areſacti[illegible]a includit) n[illegible] o ingenio promptius ſanabimus. D[illegible] ſa ita habet Gal. 4. *de ſan* 5. In iis id[illegible]um eſt, vt quod ſemicoct[illegible]n eſt, ad h[illegible] quatur, atque vtile reddatu[illegible]; quod plane [illegible]orruptum, nec coqui poteſt, ſudore & vrina pellatur; id vtrumque optime quiete ſomnoque fiet. Quod vero attinet ad reliquas duas, pro parte negatiua allatas, etiam illas ſanat ſomnus, ſi fuerint leuiſſi- *Somnum omnes ſpecies laſſitudinis ſanare*

mæ.

mæ, dummodo tamen maior ſequatur ex reparato ſpiritu, & viribus vtilitas, quam ex aucta plenitudine læſio, alias niſi fuerint leuiſſimæ, præſtat vacuatio cum vigilia ad ſanitatem.

2. *Cur animalia tantum dormiant.*

Secundum problema. *Cur ita ſtatutum eſt à natura, vt animalia per ſenſum & motum definita, dimidia vitæ parte inſtar ſtirpium, ſenſu & motu orbata dormiant*; poterat enim natura ſuarum facultatum integritatem continuitatemque, ſi non multa, ſaltem aliqua ſpiritus perpetua diſtributione ſeruare. Dico, conſulto naturam machinatam eſſe illorum operum viciſſitudinem, non ſolum in operibus ſenſus, & motus in animalibus, ſed etiam in alendis variis ſtirpium partibus: nam per *hyemem (quæ plantarum ſomnus eſt)* vniuerſum calidum ad radices colligit, eaſque & auget, & alimento implet, exteriora ita deſerens, vt non ſufficiat alẽdis tuendiſque fructibus, foliiſque, ideoque decidunt, per æſtatem vero nil creſcente radice fœcundiſſima fit germinatio in ſtolones, flores, & fructus, at vero in animalibus (quorum vita in alitionem, & ſenſum diuiſa eſt) vigiliam natura ſenſibus dedicat, vniuerſum calidum, ad exteriora conuertens; ſomni vero tempore rurſus vniuerſum ad viſcera rapit, vt ita ſpiritus, qui per vigiliam perditi ſunt maxime reparentur. Quemadmodũ ergo in plantis,

tis,niſi calor colligeretur ad radices per hyemem,ſed perpetuo æqualiter per partes ipſarum diſtribueretur,minime vberem,lætamque fructuum copiam per æſtatem perfunderet,ita in animalibus,niſi per ſomnum natura ſpiritus colligeret, ad eorum reparationem, nullum ſenſibus,motibuſque robur adeſſet.

Tertium, Cur viſa per ſomnum apparent maiora, quam re ipſa ſint? Quod enim ita ſit,ſomnian- tium experientia docet; nam pituita ad linguam defluxa per ſomnum multis induxit ſomnium guſtati mellis, quidam etiam vapore ad cutem accedente, inſtante ſudore, ſomniarunt mergi ſe in tepidum balneum, alii, quibus crura refriguerunt, imminente reſolutione dormientes putabant, crura ſe habere lapidea: idem etiam apparet in incubo: demum quandocunque natura per ſomnum ſui corporis ſtatum contemplatur, tanquam ex ſpeculo viſilium ſeu ſpectrorum imagines inſigni magnitudine & incremento fingit. 3. *Cur viſa per ſomnum appareant maiora quam reuera ſunt.*

Huius euentus triplex poteſt aſſignari cauſa: *prima,* quia obtuſus per ſomnum ſenſus impotens diſcernere ſenſibiliũ differentias, cōfert ſe imaginationemque ſuam, ad id, quod in quouis genere notiſſimum eſt: Eſt autem notiſſimum ſenſu, quod ſummum eſt, verbi gratia, mel inter dulcia, lapis inter frigida & ſenſu carentia,& ſic de aliis. 2. Quo tempore

otia-

otiatur facultas à reliquis ſenſationibus, obiectum vnum cenſet ſeu putat maius eſſe & vehementius; ita vox noctu melius auditur, quam interdiu, & dulcedo pituitæ maior ſomnianti eſt, quam vigilanti. 3. Quia dormiens non excitatur ad ſentiendum, niſi à vehemẽti obiecto, vbi ergo ſomniat dormiens, merito exiſtimat ſenſibile paruum eſſe magnum, vt ita illud poſſit ſentire, quandoquidem non excitatur, niſi à magno, vehementique ſenſibili.

4. *Cur quidã ſomniantes magis aliis loquantur.*

4. *Cur quidam ſomniantes magis aliis loquuntur?* cauſa eſt, quia (vt docet inſignis præceptor *tech. pagin.* 71.) tales neruos reuerſiuos, ſeu locutioni inſeruientes infirmos habent, ſicut illi, qui infirmos habent palpebrarum neruos, aſſiduo nictant, qui oculorum, aſſiduo oculos mouent 1. *praſ.* 21. ſic etiam, qui mandibularum neruos habẽt infirmos, per ſomnum dentibus frendent: alii tremunt capite, alii manibus ob neruorum infirmitatem, quod accidit ſæpe in ſenibus & infantibus, & denique vbi adeſt aliqua imbecillitas.

5. *Cur decubitus ſup. latus dextrũ ſit melior.*

Quintum cur decubitus ſupra dextrum latus dormiendo melior eſt, quam ſupra ſiniſtrum ex Auicen. 3. 1. *citato* & communi Medicorum ſententia. Reſpondet Ariſtot. 6. *probl.* 7. cauſam eſſe, quia ita magis quieſcit, immotaque conſtituitur dex-

dextra pars diurno motu fatigata, quam omnium motionum initium eſſe, monſtrauerat idem Ariſtot. *lib. de communi animalium greſſu*, ideo autem ita dormienti magis quieſcit illa pars dextra, quia non pendet, nec mouetur. Addit idem Ariſt. *citato*, aliam rationem, ſcilicet, quia ita decumbenti dexter oculus occluditur, nec à lumine percutitur, ac proinde prorſus otiatur, quod quidem erat neceſſarium, quia in videndo magis laborauit, ſicut & alia dextra.

Verum relicta Ariſtot. reſponſione, melius ad dictum problema reſpondebimus, mētem conuertendo ad corporis inanitates, liquido humore refertas, quæ quidem vario decubitu contenta, tranſmutant. Quod vero attinet ad ventriculi cauitatem, propterea ſuauius ſupra dextrum dormitur, *quia ventriculus iacet oblique, ore in læuam partem inclinato, ita vt ſi in illam recumbatur, alimentum offendet, grauabitq; illud valde ſenſile ventris orificium, vnde turbatio, ſomnique interruptio neceſſario expectanda eſt.* Argumentum huius rei eſt, quod iis, qui purgatoria medicamenta ſumpſerunt, aut in quibus, quauis ex cauſa vomitus timetur, præcipitur ſupra dextrum cubare, prohibetur ſupra ſiniſtrum. Deinde quod attinet ad cauitatem cordis, ventriculi eius, ad ſitum dormientis, non leuiter faciunt; cum enim ſiniſter ventri-

N culus,

culus,dextro ſit præſtantior, ſi corpus in læuam partem inclinetur,à pendente ſanguine, ex dextro ventriculo maxime premitur, facultaſque vitalis ita laborat, vt nullo modo toleretur ſomnus ſupra læuam partem à cardiacis,à reliquis vero inſuauiter. *Præterea* talis decubitus ſupra dextrum, facit ad optimam alimenti coctionem,in ventriculo, ſic enim non innatat alimentum,nec fluctuat, ſed deſcendit ad fundũ,in quo melior fit concoctio. Auic.3.1.*citato*. Hoc tamen aduertendum eſt, quod progreſſu noctis in læuam partem conuertendum corpus ſit, vel quia ea mutatione æqualiter conficitur, ſeu coquitur alimentũ, quemadmodum illa, quæ ad ignem coquuntur,vel quia incumbens iecur ventriculo potẽtius illum excalfacit, ac proinde perficitur coctio,ſicut gallina incumbens ouis, illa fœcundat,at vero matutino tempore,elaborato iam in ventre alimẽto,ſi rurſum vertimur, ad dextrum latus, alimenti ductum ad inteſtina opportune conſequimur,& de ſitu dormientis ſatis dictum ſit.

6\. *Cur motio in cunis & circularis ſomnum conciliet.*

6\. *Cur motio in cunis & circularis ſomnum conciliat?* Reſpondet Afrod.1.*problem*.120. cauſam eſſe,quia eo motu pituita in cerebro agitata deſcendit, & obſtruit: Poſſumus & nos addere, forte cauſam eſſe, quia eo motu gyrationis,redit ſpiritus ad cerebri ventriculos, & non

& non recte meat per neruos, otiantibus autem à ſenſu motuque membris omnibus ſomnus oritur.

7. *Cur voluntas dormiendi?* Dico quia clauſis oculis, reliquiſque ſenſib. ſpiritus ad principia reuertuntur; natura enim tunc temporis retrahit illos, vt reficiantur, & quia ſenſus non indigent illis, ſiquidem ceſſant ab operationibus, ob hanc cauſam, qui in tenebris per multum temporis ſpatium manſit, poſtea repente luci expoſitus cœcus factus eſt, ſi antiquis hiſtoriis fides eſt adhibenda; ad oculos enim iſtius pauci ſpiritus perueniebant, qui à vehementi luce confeſtim fuerunt reſoluti, & diſſipati, vt de Dionyſio Ciciliæ tyranno traditur. *Vnde voluntas dormiendi. Cur in tenebris diu detenti, poſtea ſubito in lucem redacti fiant cæci.*

Cap. VII.

De vigilia.

PAuca de vigilia *hoc cap.* ſunt à nobis dicenda; cum enim ſomno ſit contraria, & contrariorum contrarii ſint effectus, ex his, quæ de ſomno *præcedente cap.* dicta ſunt, quid vigiliæ in corporibus præſtare poſſint, elicere facilimum erit. Duo ergo de vigilia declarabimus. *Primo* quid ſit, & quæ ſit eius cauſa videbimus. *Secundo*, qualis ad vitæ conſeruationem requiratur.

Quod vero attinet ad primum: cũ ſomnus *Vigilia quid.*

& vigilia ſint oppoſita, & ſomnus *ſupra* ſit definitus, per impotentiam ſentiendi, & mouendi, vigilia per potentiam ſeu aptitudinem ad ſentiendum & mouendum, definienda erit: per potentiam, inquam, ex diſpoſitione primi ſenſorii, pendentem; conſtat hoc aperte ex autoribus *cap. præcedente* citatis: ita etiam definit vigiliam Fernelius *lib. 5. de anima facult. cap.* 8. & Valeriola 2. *locorum communium cap. de vigilia*, & Couaſr. 4. *controuerſ. cap. 4.* fit autem talis vigilia, per demandationem ſpiritus animalis à cerebro per neruos, ad omnia membra totius corporis, quæ quidem demandatio eſt ſemper cauſa antecedens vigiliæ, ſicut reditus ſpirituum, eſt cauſa antecedens ſomni. Aduertendum tamen eſt hoc loco, quod quémadmodum refrigeratio & humectatio ad ſomnum ſequuntur, ita etiam calefactio, & exſiccatio ad vigiliam neceſſario ſequentur, licet nonnumquam antecedant, potiſſimum in vigilia præternaturali, vt phrenitide, & ſimilibus: ob hanc cauſam Galen. *techn. cap. 15.* aſſeruit, inditium cerebri calidi, eſſe habere ſomnos breues ac leues, quia ſcilicet caliditas & ſiccitas faciunt ad vigiliam, iuxta ſententiam eiuſdem Galen. *1. prorrh. comm. 2. text. 29.*

2. *Qualis vigilia requiratur ad ſa.* Ad 2. videlicet qualis vigilia requiratur ad ſanitatem conſeruandam. Dicendum eſt, requiri *moderatam*; quemadmodum enim ſomnus

nus moderatus multa adfert commoda, vt *ſupra* viſum eſt, immoderatus vero contrarium efficit, ita & vigilia; ſi enim modum excedar, magnam corpori infert noxam, iuxta ſententiam Hipp. 2. *Aph. 3.* cauſam tradit Galen. *in commento*, quia immodicæ vigiliæ vires labefactant, ac perdunt, cruditates pariunt, cerebri & ſenſuum functiones debilitant, oorpora reſoluunt ac ſiccant, denique menti plurimũ nocent, & alienationem ſæpe ac mortem adferunt: vnde non mirum eſt, ſi à nimiis vigiliis homines reddantur graciles & aridi ex Galeno 3. *de ſanit.* & 7. *Aphor. commento* 18. *& 7. Meth.* fiunt autẽ immodicæ vigiliæ, aut propter nimiã cerebri caliditatẽ, aut propter biloſi humoris abundantiam. 2. *Aphor. commento citato.*

nitatem conſeruandam.

Vigiliarum immodicarum incommoda.

Vnde fiant.

Nec prædictæ ſententiæ aduerſatur Tral. *capit. de cephalea*, dicens, calidum caput trahere, inſtar cucurbitulæ, ac proinde, non inducere vigilias, ſed ſomnos, ſiquidem vaporatio cauſa materialis ſomni dicitur ab Ariſtotele *lib. de ſomno & vigilia.* Non, inquam, aduerſatur, quia licet cerebrum calidum vapores trahat, quia caloris eſt trahere, tamen nimia cerebri caliditas, illos vapores reſoluit, & attenuat, ac proinde non permittit congelari ad obturationem meatuum, abſque qua ſomnus naturalis aduenire non poteſt.

Reſtat, vt nonnulla problemata de vigilia ſol- *Problemata*

1. Cur Aethiopes ſint ſomnolenti. ſoluamus, primum eſt. *Cur Aethiopes natura ardi ſunt ſomnolenti, maxime per æſtatem?* Afrod. *in probl.* ait, Aethiopes magnam pituitæ copiam in capite ob natiui caloris exiguitatem aceruare, quæ per æſtatem liquata & defluens meatuſque obſtruens ſomnum inducit.

2. Cur æſtate ſimus ſomnolentiores. 2. *Cur per æſtatem ſumus ſomnolentiores?* ratio dubitandi eſt, quia æſtas calida eſt & ſicca, caliditas autem iuncta ſiccitati vigilare facit: Dupliciter poſſumus reſpondere: *Primo*, quia tempore æſtatis, calor naturalis ab externo reſoluitur & diſſipatur, ob quam cauſam organa ſenſuum langueſcunt, & ab operationibus ceſſant, hoc autem vocamus ſomnum. *Secundo* poſſumus dicere, ſomnum æſtiuum videri maiorem hyemali, ſed reuera non eſſe; propter noctium enim breuitatem æſtiuo tempore parcus ſomnus nocturnus cogit ad pomeridianum, quæ quidem reſponſio accommodatior videtur, quia minus dormitur per æſtatem, quam per hyemem, iuxta ſententiam Hip. 1. *Aphor.* 15. licet per æſtatem interdiu ſimus ſomnolentiores, propter ſomni nocturni breuitatem.

3. Cur cura faciat vigilare. 3. *Cur cura vigilare facit?* Reſpondet Placentinus, cauſam eſſe calorem excitantem, qui propter cordis ſoliciti motum augetur, ſatis tamen eſt ad excitandum multus in omni ſpiritu, propter ſolicitudinem motus.

4. Cur

4. *Cur vigilia noxia eſt ſatiatis?* Cauſa eſt, quia ſatiati requirunt, ſeu indigent alimentorum coctione, talis autem à vigilia maxime impeditur, ſiquidem coctio perficitur calore, qui per vigiliam diminutus eſt, ſicut per ſomnum auctior, ideoque tunc temporis, coctiones ſunt præſtantiores. 4. *Cur vigilia ſit noxia ſatiatis.*

5. *Cur per vigiliam concitatur alui fluxio?* cauſa eſt, quia vt *ſupra* dictum manet, ex mente Galen. 2. *de naturalib. facult.* 12. facultas expultrix non expellit, niſi irritetur: non irritatur autem, niſi ſentiat: Ergo quo tempore ſenſus exactior fuerit, alui fluxio magis excitabitur; tale autem tempus eſt vigiliæ: Ob contrariam cauſam tempore ſomni coercetur alui fluxio: Quod etiam per vigiliam concitetur alui fluxio, illa ratio facit quod vigilia comparatur motui, ſicut ſomnus quieti: Ergo quemadmodum motus corpora turbat, & fluxiones excitat, docente Hippoc. 4. *Aphoriſm.* 15. ita etiam vigilia concitabit: accedit, quod ſomnus & vigilia ſunt contraria: Ergo ſi ſomnus coercet vacuationes (quod *ſupra* probatum manet) vigilia incitabit. 5. *Cur per vigiliam concitetur alui fluxio.*

1. *Cur Aethiopes ſint ſomnolenti.* ſoluamus, primum eſt. *Cur Aethiopes natura ardi ſunt ſomnolenti, maxime per æſtatem?* Afrod. *in probl.* ait, Aethiopes magnam pituitæ copiam in capite ob natiui caloris exiguitatem aceruare, quæ per æſtatem liquata & defluens meatuſque obſtruens ſomnum inducit.

2. *Cur æſtate ſimus ſomnolentiores.* 2. *Cur per æſtatem ſumus ſomnolentiores?* ratio dubitandi eſt, quia æſtas calida eſt & ſicca, caliditas autem iuncta ſiccitati vigilare facit: Dupliciter poſſumus reſpondere: *Primo*, quia tempore æſtatis, calor naturalis ab externo reſoluitur & diſſipatur, ob quam cauſam organa ſenſuum langueſcunt, & ab operationibus ceſſant, hoc autem vocamus ſomnum. *Secundo* poſſumus dicere, ſomnum æſtiuum videri maiorem hyemali, ſed reuera non eſſe; propter noctium enim breuitatem æſtiuo tempore parcus ſomnus nocturnus cogit ad pomeridianum, quæ quidem reſponſio accommodatior videtur, quia minus dormitur per æſtatem, quam per hyemem, iuxta ſententiam Hip. 1. *Aphor.* 15. licet per æſtatem interdiu ſimus ſomnolentiores, propter ſomni nocturni breuitatem.

3. *Cur cura faciat vigilare.* 3. *Cur cura vigilare facit?* Reſpondet Placentinus, cauſam eſſe calorem excitantem, qui propter cordis ſoliciti motum augetur, ſatis tamen eſt ad excitandum multus in omni ſpiritu, propter ſolicitudinem motus.

4. Cur

4. *Cur vigilia noxia eſt ſatiatis?* Cauſa eſt, quia ſatiati requirunt, ſeu indigent alimentorum coctione, talis autem à vigilia maxime impeditur, ſiquidem coctio perficitur calore, qui per vigiliam diminutus eſt, ſicut per ſomnum auctior, ideoque tunc temporis, coctiones ſunt præſtantiores. 4. *Cur vigilia ſit noxia ſatiatis.*

5. *Cur per vigiliam concitatur alui fluxio?* cauſa eſt, quia vt *ſupra* dictum manet, ex mente Galen. 2. *de naturalib. facult.* 12. facultas expultrix non expellit, niſi irritetur: non irritatur autem, niſi ſentiat: Ergo quo tempore ſenſus exactior fuerit, alui fluxio magis excitabitur; tale autem tempus eſt vigiliæ: Ob contrariam cauſam tempore ſomni coercetur alui fluxio: Quod etiam per vigiliam concitetur alui fluxio, illa ratio facit quod vigilia comparatur motui, ſicut ſomnus quieti: Ergo quemadmodum motus corpora turbat, & fluxiones excitat, docente Hippoc. 4. *Aphoriſm.* 15. ita etiam vigilia concitabit: accedit, quod ſomnus & vigilia ſunt contraria: Ergo ſi ſomnus coercet vacuationes (quod *ſupra* probatum manet) vigilia incitabit. 5. *Cur per vigiliam concitetur alui fluxio.*

Cap. VIII.

De motu, ſeu exercitio corporis.

QVinque de exercitio ſunt à nobis *in hoc ca.* pertractanda. 1. Quid ſit exercitium. 2. Vtrum ſit vtile ad ſanitatem conſeruandam, & quas vtilitates afferat. 3. Quæ ſint notæ moderati exercitii. 4. Quo tempore debeat fieri. 5. Ex variis exercitiis, quod magis laudetur à Medicis.

QVÆSTIO I.

Quid ſit exercitium.

EXercitium ſic definitur à Galeno 2. *de ſanit. cap.* 2. & 3. *&* 2. *Aphoriſm. comment.* 16. & ab Auic. 3. 1. *d.* 2. *cap.* 1. eſt *motus laborioſus mutans reſpirationem*: Eodem etiam modo definitur à Cornelio Celſ. *lib.* 2. *locorum communium, cap.* 10. Sic etiam exercitium definit Manard. 6. *epiſt.* 4. & 20. *epiſtol.* 1. *iuxta finem*. Et Paulus *lib.* 1. *capit.* 16. quem fere omnes ſequuntur Medici. Ex hac definitione intelligemus, *non omnem motum dici exercitium* (*licet omne exercitium ſit motus*) *ſed ſolum illum, qui cogit ad crebram anhelationem*, iuxta ſententiam Galeni 2. *Aphoriſm. citato*, quocirca merito deridet eos, qui leues deambulationes, exercitii nomine comprehendunt.

Et

Et ſi aliquis petat, *cur exercitium mutet reſpirationem?* Dico, omnem motum augere calorem, ad huius autem augmentum reſpiratio & pulſus crebreſcunt, quamuis reſpiratio etiam poſſit augeri ad reſtaurationem ſpiritus animalis, qui per validum motum diſſipatur. *Cur exercitium mutet reſpirationem.*

Cæterum occaſione dictæ ſententiæ, dubitant nonnulli hoc loco, *num omnis motus ſit cauſa caloris*, quæ quidem quæſtio duas habet partes, & in vtraque diſputabitur. *Prima* eſt, vtrũ motus perpetuo ſit cauſa caloris? 2. Quomodo efficit calorem. Quod attinet ad primam, nonnulli partem negatiuam ſic confirmant: *motus præter mobile & ſpatium ſupra quod mouetur non eſt aliud. Ergo motus non perpetuo calefacit*: antecedens ab omnibus conceditur: conſequẽtia patet, quia, ſi motus nihil habet præter illa, mobile poterit aliquãdo eſſe calidũ, aliquãdo frigidũ, vnde motus aliquando calefaciet, aliquãdo vero refrigerabit. *Secũdo* ꝙ nõ omnis motus calefaciat, docet experientia; nam aquam calidam (vt citius refrigeretur) ſolemus trãſmutare de vaſe in vas, quo pacto quotidie calida refrigeramus iura. *Tertio ſi motus calefaceret, quo eſſet validior, eo magis calefaceret; cõſequens eſt falſum*; *Ergo*. Probatur minor, quia vt colligitur ex Galeno *lib. de cauſ. morb. cap.* 3. immodicus motus refrigerat.

An omnis motus ſit cauſa caloris. Et ſemper.

Rationes negantium. 1. 2. 3.

Affirmantium. Pars tamen affirmatiua (quæ verior & experientiæ conſonantior videtur) tenenda erit, quæ aſſerit *motum perpetuo eſſe cauſam caloris*, quod quidem expreſſe viſus eſt docere Gal. *lib. de cauſ. morb. cap.* 2. illud tribus oſtendens exemplis, nempe exercitio lapidum, aut lignorum mutuo attritu, & denique flamma ventilata; Eandem experientiã confirmat Ariſt. *1. Metheor. cap. 3.* & *5. probl. 13.* Et non ſolum hoc apparet in rebus inanimatis, verum euidentius in animalibus, quorum corpora, quo validius exercentur, eo calidiora redduntur.

Ad argumenta negantium reſponſio. Iuxta quam ſententiam, ad argumenta in oppoſitum adducta reſpondendum eſt.

1. Ad *primum*, quod licet motus non dicat aliud preter mobile & ſpatium, nihilominus efficit calorem ob rarefactionem aeris à violento motu inductam, ob quam aer in igneam vertitur naturam: vt ſtatim videbimus.

2. *Quomodo motus refrigeret aquam calidam.* Ad 2. reſponde cum Valeriola *libr. de cauſ. morb. cap.* 2. motum refrigerare aquã calidam, non quidem per ſe, ſed *per accidens*, quatenus ſcilicet aerem, qui aquæ calidæ iam familiaris effectus fuerat, atque quodammodo calefactus, in alium locum tranſmittit, alterum ſubinde nouum nondum excalfactum ac proinde frigidiorem introducens; ſic tempore æſtiuo faciem per flabellationem refrigeramus. Poſſumus & nos addere cum inſigni præceptore

ptore *1.feb.fol.30.* ex eo motu calida iura refrigerari; quia eo motu vrens flatus, ſi adeſt, expirat.

Ad vltimum dico, primam operationem à motu productam, illique primario & per ſe conceſſam, eſſe calorem, ſi autem tantus ſit, vt humidum, in quo calor ſubiectatur, conſumat refrigerabit cæterum, id non per ſe, ſed per accidens euenire credendum erit. 3.

His ſic expoſitis, reſtat, vt videamus, *quo pacto motus efficiat calorem*; nam quod ſit cauſa, omnes concedunt, in qua quidem quæſtione, varii in varias abierunt ſententias: quidam exiſtimant ex eo, motũ calorem generare, quia cum motus localis inter omnes ſit primus (cũ ſit primo corpori, nempe cœleſti aliorũ motuum cauſæ attributus) conſentaneum eſt, ex eo generari primam omnium elementorum qualitatem; talis autem eſt caliditas, cum ſit qualitas inter omnes magis actiua. ***Quo pacto motus efficiat calorẽ.***

Verum hi quæſtioni non ſatisfaciunt, confugiunt enim ad proprietatẽ quãdam occultam, *quod faciunt illi, qui rerum cauſas ignorant.*

Alii (de quorum numero eſt Tho. de Garbo *in ſua medicinali ſumm. lib.2.tract.2.quæſt.6.* tenent, calorẽ ex motu reſultare per hoc, quod per confricationem rei motæ partes igneæ, quæ in interioribus erant vnitæ, ſeparantur & per motum à centro ad circumferentiã mandantur.

Digitized by Google

Cæterum hi tripliciter refelluntur, *1.* quia *non concedimus elementa ſecundum ſuas formas in mixtis manere*, quamuis Thom. de Garbo in eo *loco citato* videatur eſſe ſententia. *Secundo* refelluntur, quia mixtio elementorum (licet ea ſecundum ſuas formas in mixtis manere cõcedamus) non eſt ita leuis, vt quauis motione corporis ſtatim partes ſeparentur. *Tertio* ex prædicta ſententia ſequeretur res motu non calefieri, niſi vehementer confricarentur, cum tamen contrarium doceat experientia relata ab Ariſtot. aſſerente ſagittam violentius ſurſum iactam incaleſcere, vſque adeo, vt ſi quid in ea plumbi eſt, liquefiat. Alios multos generandi calorem modos poterit ſtudioſus videre apud Tho. de Garbo *loco ſupra citato.*

Opinio autoris. Quibus omnibus relictis, ad quæſtionem reſpondendum eſt cum Valeſ. *Couaſr. 4. controuerſ. cap.* 3. quo loco, *primo* tradit cauſam, cur motus in rebus inanimatis efficiat calorem. *Secũdo* cur in animalibus. Quod ergo attinet ad res inanimatas, dicendũ eſt, ex eo motum generare calorem, quia *cum aliquæ res dura confricãtur, aer interceptus caleſcit; cum enim per illum violentum motum maxime rareſiat, vertitur in igneam naturam, quæ multo tenuior eſt, aerea;* hanc eandem cauſam tradit Ariſt. *1. Metheor. citato,* & Alex. Afrod. *1. problem. 59.*

Nec

Nec obſtat huic ſententiæ, quod nonnulli obiiciunt, nempe ignem potius extingui rarefactione, quam gigni, vt docet experientia in flamma, quæ (cum ſit fumus ardens) diſſipata & rarefacta ſtatim extinguitur. Non, inquam, obſtat; quia ignis in dicto caſu non extinguitur, quia rarefit, ſed quia diſſipatur ſubſtantia, in qua eſt ignis; ſunt enim multæ res ignitæ, quæ diſſipatione deponunt ignem, quia ſcilicet ignis non ſunt, ſed continentes ignem, qui diſſipata materia, in qua ſubiectabatur, euolat.

Non obſtat *ſecundo* prædictę ſententiæ, quod aliqui dicunt, videlicet calorem generare raritatem, hanc tamen non poſſe generare calorem, alias concederemus, raritatem eſſe qualitatem agentem. Reſpondendum eſt, nullum eſſe inconueniens, ex raritate per accidens generari calorem, nõ vero per ſe, nam *ex qualitate, quæ non eſt agens, non poteſt generari per ſe quicquam, ſed ex accidenti*; ſic dicimus, cœcitatem eſſe cauſam, cur aliquis incidat in foueã, cum tamen cœcitas ſit priuatio quædam, ſic etiam dicimus defectum caloris naturalis corpora refrigerare, & prohibitam ventilationem eſſe cauſam putredinis.

Non obſtat *tertio* experientia ſagittæ in ſublimem locũ immiſſæ, in quo motu plumbum liquatur ſine fricatione. Nam dicendum

eſt

eſt ſufficere ad hoc, vt motus generet calorem, quod aer rarefiat, & tranſeat in igneam naturam, quod fit in illo vehementi motu ſagittæ; aer enim, quem ſagitta tangit per violentum illum motum rarior effectus permutatusque ad ignis naturam, plumbum, quod contingit, liquefacit: vnde ſequitur, non neceſſario requiri ad generationem caloris, ex motu confricationem.

Quod vero attinet ad animalia, quæ per motum maxime caleſiunt, dicendum eſt, cauſam talis euetus eſſe, quia cum in animalibus, ſaltem perfectis, ſanguis & ſpiritus abundent, intenſum habentes calorem, diſtributi per motum & per corpus extenſi illud reddunt calidius.

QVÆSTIO II.

Vtrum exercitium ſit vtile ad ſanitatem tuendam.

Aduertẽda. 1. ANtequam quæſito ſatisfaciamus, aduertendum eſt, exercitium, aut eſſe moderatum, aut immoderatum, & hoc ſiue per exceſſum, ſiue per defectum, moderatum quibuſdam notis cognoſcitur de quibus *infra* diſputabitur.

2. *Secundo* aduertendum eſt, exercitium aut eſſe æquale, aut inæquale: *æquale* dicitur illud, quod æqualiter omnes corporis partes exercet: *inæquale* vero, quod aliquas exercet, aliquas vero non. His

His ſic animaduerſis, in hac quæſtione ſtatuatur hæc concluſio. *Exercitium moderatum & æquale, ad tuendam, conſeruandamq; ſanitatem, maxime conducit:* Suadetur hæc ſententia non ſolum autoritatibus, ſed etiam experientia, nec non ratione: & in primis autoritat. Hip. *6. Epid. ſec.* 4. *tex. 20.* vbi expreſſe ait. *Sanitatis ſtudiū eſt, non ſatiari cibis, & ad labores impigrum eſſe:* Eadem ſententia habetur apud Gal. *lib. de Euchym. cap.* 3. quo loco pollicetur ſuo & amicorum obtemperantium exemplo, neminem in vita ęgrotaturum, ſi integre ante cibum exerceatur, & in cibis abſtineat à prauis; conferēſque duo illa ſanitatis capita mutuo, exercitiū præfert, *niſi quis enim* (ſubdit Gal.) *ſatis exerceatur, nulla ciborum parcimonia tueri ſe poterit, à morbis immunem, niſi per interualla dierum inopiam exercitii purgatione vel ſanguinis miſſione compenſet: ſin integre exercetur, etiam aliquando in alimenti ratione peccans durabit ſine morbo:* quæ quidem Galen. verba manifeſte oſtēdunt; *vniuerſam ſanitatis rationem in exercendo corpore ſitam eſſe; non ſolum enim exercitium benefacit corpori; ſed ēt victus errores emendat.* Eadē ſentētia legitur apud eūdē Gal. 2 *de ſanit. c.* 2. quo loco docet præceptū Hip. eſſe, vt à labore cōſeruatio incipiat ſanitatis: idem habetur *lib. de conſuetudine cap. 4.* Eādem ſententiā confirmat Auic. *lib. de remouendis nocumentis tract. 4. capit. proprio*; & 3. 1. d. 2. *capit.*

Quale eo xercitium ſanitati conducat.

Autoritates

cap. 7. Ad hanc etiam ſententiam reſpiciens Ariſtotel. *1. problem. 47.* ſic ſcriptum reliquit: *Cur cibum minuere, laborem autem augere ſalubre eſt? an quia cauſam ægrotandi excrementorum habet multitudo? quæ tunc certe fit, cum aut cibus ſupereſt, aut labor deeſt.* Ad eandem reſpiciens Plato in *Thym.* docet, exercitium valere, non ſolum ad Philoſophiam, ſed etiam ad ſanitatem.

Experientia Deinde experientia probari poteſt, *ſupra* poſita concluſio: in primis, quia mechanici & villici victum ſumentes improbiſſimum, ſola exercitii ope vitæ curſum incolumem tranſigunt, quem tamen multi nobiles, ſelectiſſimo victu vtentes, ægerrimum ducunt.

Secundo membra, quæ occaſione quauis otiantur, inualida fiunt, exercitata vero vegetantur. *Tertio* homines carcere detenti breuiter fiunt pallidi & facie cachectica euadũt: eodem modo aues in auiariis, piſces in viuariis inſipidi inſalubreſque fiunt: *vltimo* omnia animalia leuiſſima, vt plurimum ſunt agiliſſima, ob hanc cauſam piſces non ita magni, aueſque ſunt leuiſſimæ, animalia pedeſtria, vt plurimum grauiſſima, excrementitiaque, item ex auibus paluſtria, ex piſcibus cæcatea: denique adeo poteſt exercitium, vt communiter dicatur, quod *quemadmodum anima quieſcendo fit ſapiens; ita corpus exercendo fit ſanum & robuſtum.*

Ra-

Ratione vero ſupra dicta probatur con- *Ratio.* cluſio : quia *ſanitatis conſeruatio in alimenti appetentia, coctione, diſtributione, & purgatione conſiſtit,* vt habetur apud Galenum 2. *Aphoriſ.* 13. & 1. *de ſanit. vlt. ſed exercitium hæc omnia appoſitiſſime præſtat appetentiam, ſcilicet augens reſolutione, coctionem calore, diſtributionem motu ipſo, expurgationem denique delatione & meatuum reſpiratione. Ergo erit vtile ad ſanitatis conſeruationem.*

Aduertendum tamen eſt hoc loco, *ſupra* poſitam concluſionem ſolum habere locum in hominibus temperatis, nam ſunt quædā naturæ, quibus parcum, aliæ, quibus nullum, aut etiam amplius moderato, conuenit exercitiū. Nam vt ait Hip. *2. Aph.* 16. *Fameſcens & inanitus laborem non tolerat*: itē pituitoſæ naturæ, ratione excrementorum, amplius moderato requirunt exercitium: bilioſis vero quandoque conuenit in totum exercitiis parcere, ſoliſq; leuibus deambulationib. contentos eſſe, quādoque admittunt, ſed parcū videl. ſi calor nō ſit immodicus, alias in totū interdicitur exercitium, *6. de ſanit. tuend.* 3. ex quib. infertur intellectus, ad Galenum modo aſſerētem, exercitium bilioſis conuenire, modo non. *Vltimo,* qui ætate aut morbo fractus eſt, vel etiam cui aliqua pars infirma, vt nonnullis brachia, aliis crura, iuſto exercitio non indigent, ſed ſola vel geſtatione, vel frictione partis infirmæ.

Quale exercitium cuiq; ſit cōueniens.

O De

Exercitii vtilitates. De vtilitatibus vero,quas exercitium corpori affert,ſic Galen.2 *de ſanit.* 3. ſcriptum relinquit: *quoniam* (ait) *vehementior motus exercitatio eſt, neceſſe quidem eſt, tria hæc ab ea perfici in corpore exercitando,membrorum duritiem ex mutuo ipſorum attritu: genuini caloris augmentum, & ſpiritus citatiorem motum.* Ad has vtilitates reſpiciens Auic.3.1.*d.2.cap.*1.docet eos,qui exercitantur, ſecundum modum ſuæ æqualitatis & hora ſua,nullo indigere eorum medicaminũ, quæ materialibus ægritudinibus ſunt neceſſaria:quæ Auic.ſentẽtia à Gal.videtur deſumpta 3. *Aph.*20.quo loco ſcripſit, labores & exercitationes variis modis corpora expurgare, quod Auer.confirmauit *in enarratione cant.*147. vbi ait,corpus exercitatum non indigere aliqua euacuatione, nec per venæ ſect. nec per medicamentum expurgans.

QVÆSTIO III.

Quæ ſint notæ moderati exercitii.

PRima nota & manifeſtiſſima deſcribitur à Celſo *lib.1.cap.20.* ſcilicet *laſſitudo citra fatigationem: nam fatigatio moderatum excedit exercitium:* hanc eandem notam deſumpſit Celſus à Gal.*artis med.cap.*85. quo loco deſcribit moderantiam motus & quietis accommodam temperato corpori;ait enim; *cum primum corpus*

pus cæperit laſſari, confeſtim quieſcere debet, non ante, nec poſt. Idem etiam explicat Gal. 2. *de ſanit. cap.* 14. vbi docet, ceſſandum eſſe ab exercitio, vbi alacritas illa, iucunditaſque motionum minui incipit, & corpora grauitate moueri incipiunt.

Secunda nota deſcribitur à Galeno & Celſo *locis ſupra citatis*, & Auicen. *3. 1. d. 2. cap. 3.* quæ eſt, cum ſudor effluit copioſus. Quod vero addit Auicen. *citato* exercendum corpus eſſe vſque ad carnium ruborem & tumeſcentiam, non videtur recipiendum, nec Galen. 2. *de ſanit.* 4. (ex quo loco Auicen. talem deſumpſit ſententiam) id vult ſignificare, quia Galen. *loco citato* agit de frictione moderata; dicens, quod quando frictio adhibetur ſolum augendæ carnis gratia, eo vſque in fricando perſeuerandum eſſe, quouſque incipiat caro, & detumeſcere, & ruborem amittere, vbi vero adhibetur præparatoria frictio, tanquam exercitii pars, multo ante ceſſandum à frictione eſſe, quam quidem ſententiam Auicen. tranſferens ad exercitium vniuerſim, putat continuari oportere exercitium vſque ad carnium tumeſcentiam.

QVÆSTIO IV.

Quo tempore debeat fieri exercitium.

Quare corpus mane exercēdum. OMnes fere Medici eius ſunt ſententiæ, vt exiſtiment corpus ſanū, matutino tempore eſſe exercendum; verum in aſſignanda ratione non parum variant, nam quidam ſibi perſuadent, ex eo corpus prædicto tempore eſſe exercendum, *quia oportet* (inquiunt) *ante exercitium, tres coctiones perfectas eſſe*: vnde conficiunt, mane conuenire, quoniam eo tempore coctiones peractæ ſunt, non ſolum heſterni prandii, ſed etiam ante actæ cœnæ.

Alii vero (quorum ſententia verior & probabilior videtur) contra aſſerunt, non oportere ante exercitium tres corporis coctiones abſolutas eſſe, ſed ſufficere, vt cibus ſumptus duas coctiones tranſeat, ſcilicet ventriculi & hepatis, & adueniat tempus ſumendi nouum alimentum: conſtat hoc aperte ex Gal. 2. *de ſanit. 3.* & ex Auic. 3. 1. *d. 2. cap. 3.* cauſa vero eſt, quia ſi anticipat exercitium, rapitur alimentum crudum ad membra, quib. valde nocet: ſi vero tardat, non recte diſtribuitur percoctum, ex quibus fit, vt matutina ad prandium vſque ſaluberrima ſit exercitatio, quod optime declarat Tho. de Garbo, *in ſua medicinali ſumma, libro 2. tract. 2. quæſt. 7.* & Conciliator

dif.

diſ. 18. Quod autem non oporteat expectare tres coctiones, oſtenditur: quia (vt colligitur ex Auicen. 13. *tertij tract.* 3. *ca.* 8.) ventriculi coctio *decem horis* perficitur, *qualibet autem aliarum tribus*, à cœna autem vſque ad tempus matutinum non ſunt ſexdecim horæ. *Quot horis perficiatur ventriculi coctio vnaquaque.*

Ex dictis intelligitur, poſt cibum non eſſe corpus exercendum, quia maxime lædit, docente Galeno *lib. de Euchym.* 3. quod etiam expreſſe docet Hippocrat. 6. *Epidem. ſection.* 4. *text. vltim.* his verbis. *Labores cibos præcedant*: ſi enim prandium (quod priſci faciebant) eſſet parciſſimum, paulo poſt, incolumiter cõmitteremus nos labori, nunc autem egregie prãſis non ſupereſt interuallum vſq; ad cœnam, conficiendo integre alimento in ventriculo, & iecore, vnde fit, vt ſi ſequatur exercitium, alimentum ex dimidio coctum cogat, detrudatq; ad membra, in quibus obſtructionum, & denique omnium morborum ſeminarium euadet.

Nec prædictæ reſolutioni repugnant Auic. 3. 1. *d.* 2. 7. quem ſequitur Halyab. & Hip. 2. *acut.* 22. commendantes à cœna deambulationes. Et Rhaz. 25. *continentis cap.* 10. centum paſſus: non, inquam, repugnant, quia tales deambulationes non ſunt exercitia, ſed motus quidã *detrahentes alimentum, non ad membra, ſed ad ventriculi fundum, vbi magis feſtinat coctio*, non pro- *Quid proſint deambulationes poſt ſumptã cœnam.*

pter partis carnulentiam, vt quidam opinantur (fundus enim ventriculi tenuior eſt) ſed quia ibi alimentum magis accedit iecori, lieni, & omento, membris calidis, non parum coctionem promouentibus.

Cur non itē ſeſt ſumptū prandium. Et ſi aliquis quærat, *cur non ſimiliter à prandio deambulatio laudatur?* Reſpondendum eſt, cauſam eſſe, quia fere ſemper ad prandium ſequitur noxius motus, & ideo poſt prandium (conamur enim ſemper obuiare noxis, quæ ſecuturæ ſunt) quietè coercemus in ventriculo alimentum, ne facile crudum deferatur ad membra corporis; poſt cœnam vero, cum magis timeamus fluctuationē alimenti in ventriculo, conamur illud lenta deambulatione detrudere ad fundum vētriculi ad ſomni quietē.

Adde etiam poſt prandium, conuenire leues deambulationes, ſicut poſt cœnam; cæterum ex eo, Medici poſt cœnam commendant illas, non vero poſt prandium, quia poſt prandium ſequitur vt plurimum in omnibus fere hominibus magna exercitatio per totum diē, quam incocti alimenti diſtributio neceſſario comitatur, quod non ſimiliter contingit poſt cœnam, ſomnus enim, qui ſequitur, coctionem adiuuat.

Reſponſiones ad argumenta oppoſita. Reſtat, vt reſpondeamus ad argumenta aduerſus prædictam reſolutionem facta. Ad *primum*, quod ita formatur; *dictum fuit ſupra horam*

con-

conuenientem exercitio eſſe, facta prima & ſecunda digeſtione ventriculi & hepatis, contra videtur neceſſarium, quod ſit abſoluta etiam tertia membrorum: probatur antecedens; quia *exercitium fit principaliter ad reſoluendas ſuperfluitates exiſtentes in poroſitatibus membrorum, ſed hæ ſuperfluitates non ſunt in poris, niſi abſoluta tertia coctione: Ergo:* Minor ſuadetur, quia tales ſuperfluitates per complementum tertiæ coctionis habent gigni.

Ad hanc obiectionem reſpondendum eſt, *exercitium fieri primo & principaliter, ad diſtributionem alimenti per totum corpus: tempus autem diſtributionis eſt, poſt peractas duas coctiones*, tunc temporis enim coctum alimentum exercitio optime diſtribuitur. 1.

Ad 2. quod ita ſe habet (*probat enim non poſſe fieri exercitium, quando aduenit tempus ſumendi nouum alimentum*) *tempus alterius cibi non aduenit, niſi per reſolutionem factam* (membra enim inanita attrahunt à venis, venæ ab hepate, hepar à ſtomacho, & ipſo inanito inſtat tempus, ſeu appetitus ad alium cibum) *igitur cum membra ſunt reſoluta & inanita inſtat tempus ad alium cibũ, hoc autem tempore non debet corpus exerceri, quia exercitium fit, vt fiat reſolutio, igitur cum fuerit facta non conueniet.* Ad hanc obiectionem reſpondendum eſt, cum Thoma de Garbo, *in ſua medicinali ſumma libr. 2. tract. 2. quæſt. 7.* quod nõ debeat exercitiũ tardari adeo, vt homo fa-

meſcat (ex ſententia enim Hipp *2.Aph.16.vbi fames, laborandum non eſt)* ſed prope illam horam.

Ad autoritates vero, prædictæ reſolutioni aduerſantes, non erit difficile reſpondere. Ad *primam*; aſſerit enim *3.1.d.2.ca.3.* cum neceſſarium eſt forte exercitium, bonum eſſe; ne ſit ſtomachus vehementer inanitus, imo ſit in eo paucum nutriens, quæ quidem ſententia videtur habere dubitationem, quia cum cibus eſt in ſtomacho, & ſit exercitium, corrũpitur cibus, quod non eueniet, ſi corpus fuerit vacuum, ob quam cauſam diximus *ſupra*, horam conuenientem exercitio eſſe, cum *inſtat* alterius cibi appetentia, in hac enim hora clarum eſt, corpus eſſe vacuum, quandoquidem nouo indiget alimento.

Dicendum eſt, doctrinã Auic. veriſſimam eſſe, & ad dubitationem, quod ſi cibus in ſtomacho eſſet multus & poſtea fieret exercitiũ, tunc corrumperetur alimentum & indigeſtum attraheretur, Auic. autem loquitur de pauco alimẽto, quod non adeo corrumpitur & requiritur ad vehementem exercitationẽ; alias ſi exercitium ſit vehemens, & ventriculus valde inanitus, fiet magna reſolutio & debilitas: vt ergo reſiſtamus huic reſolutioni & debilitati, bonũ eſt in ſtomacho eſſe paucum nutriens: præterea licet ex pauco alimento

ſequa-

ſequatur aliqua indigeſtio, tamen minus malum eſt, quam ſi ſequatur debilitas ex ventriculo inanito.

Nec contradicit huic ſententiæ, quod addit Auic. *ibidem*, *qui exercitatur, ſi eſt plenus, melius eſt*, *quam ſi eſt vacuus*: ſi enim conferamus valde plenum & valde inanitũ inter ſe, quoad exercitium, melius eſt, vt plenus exercitetur, quia noxæ, quę ſequuntur ex inanitione, ſunt deteriores, quam illæ, quæ ſequuntur ex plenitudine, vt *ſupra* dictum manet: contrarium erit, ſi conferamus parum plenum, cum parum inanito.

Ad 2. Auic. autoritatem ***ibidem*** quatenũs aſſerit, *eum, qui exercitatur, melius eſſe, vt exercitio vtatur, cum eſt calidus & humidus, quam dum eſt frigidus & ſiccus*: quæ verba videntur habere dubitationem: quia ſi quis vtilitates exercitii conſideret, inueniet, illud corpus calefacere & humectare, ac proinde melius erit, vt exercitetur, cum eſt frigidus & ſiccus, quam cum eſt calidus & humidus, quod repugnat Auic.

Dicendum tamen eſt, Auicennam ſolum loqui de calido & humido, quantitatiue, non qualitatiue, & ſic verum eſt, quod ait, nempe melius eſt, vt exercitetur, cum eſt calidus & humidus, quam dum eſt frigidus & ſiccus. quia loquendo de quantitate caloris & hu-

O 5 mi-

miditatis,ſi aliquis fuerit frigidus & ſiccus, id eſt,habuerit parum de calore & humiditate, timor eſt,ne per exercitium ſequatur reſolutio & debilitas. Loquendo vero de qualitate caloris & frigoris, melius eſt, vt exercitetur, cum eſt frigidus & ſiccus,quia per exercitium calor augetur qualitatiue,& ita ſi calidus exercitetur,inflammabitur.

Ad 3. Auicennæ autoritatem,quatenus *ibidem* aſſerit,exercitii horam variari ſecundum temporis varietatem, ita vt vere debeat fieri exercitium iuxta meridiem,æſtate ante, hyeme vero veſperi,niſi aliquid impediat:cum tamen *ſupra* vniuerſaliter dictum ſit,horam cõuenientem exercitio in quouis tempore eſſe matutinam, cum quo videtur Auic. pugnare. Reſpondendum tamen eſt, horam conuenientem exercitio,eſſe matutinam,vt *ſupra*,quæ in hyeme adhuc erit conuenientior, in ſubſidium algẽtis aeris, & quia exercitatio veſpertina cogit ad tardiſſimam cibationem moleſtamque,ob quam cauſam Auicen.ait;*niſi aliquid impediat*,ſi autem vere eligit meridiem, id de frictione,quam ſecuturum eſt exercitium, intelligendum eſt, de qua loquitur Galen. *2. de ſanit. tuenda 13*. ex quo loco Auicen. prædictam deſumpſit ſententiam: eligit enim Gal. *citato* veris meridiem, cum primum adoleſcens pueriles annos egreſſus,nudandus eſt ad fri-

frictionem, quam exercitium ſecututum eſt: timet enim Galen. ne inſolita nuditas puerilibus carnibus horrorem incutiat: vbi vero exercitium iam abiit in vſum & conſuetudinem, aut etiam peragendum eſt, tecto indutoque corpore, ſuperuacua eſt conſideratio temperaturæ continentis: ex quibus omnibus manifeſte colligitur, *tempus conueniens ad exercitium eſſe matutinum, in quo coctiones duæ ſunt abſolutæ, & ſtatim ſequitur hora ſumendi nouum alimentum.*

QVÆSTIO V.

Quod exercitium magis laudetur, ad vitam hominis conſeruandam.

QVod attinet ad quintum aduertendum, *Primo* aduertendum eſt, multas eſſe exercitii differentias (vt aperte declarat Valeriola *lib. 2. locorum communium cap. 10.* & Paul. *libr. 1. cap. 17.*) verbi gratia, lucta, curſus, ſaltus, pilæ luſus, foſſio, aratio, putatio, oneris geſtatio, equitatio, venatio, piſcatura, iaculatio, ambulatio, frictio: & denique exercitii nomine cõtinentur omnia, quæ opifices manuum labore, ad vitæ vſum exercent & operantur.

Secundo aduertendum eſt, inter hæc exercitia nonnulla ſimpliciter appellari exercitia, vt verbi gratia lucta, curſus, pilæ luſus & alia;

alia,nonnulla vero appellari exercitia ſimul& opera,nempe omnia illa, quæ exercendo relinquunt opus, vt foſſio, putatio vitium, & alia exercitia mechanica.

Tertio aduertendum eſt, ex huiuſmodi exercitiis alia magis, alia minus corpus exercere: nam quædam manus ſolum exercent, alia vero pedes & manus, alia denique totum corpus.

His ſic animaduerſis ad quæſtionem initio poſitam reſpondendum erit cum Gal. *lib. de exercitio paruæ pilæ*, vbi pleniſſime docet, pilæ luſum maxime conferre ſanitati, ſi opportune, & cum moderamine fiat, cauſam tradit Galenus *loco citato*, quia *ex omnium exercitationum generibus nullum eſt, quod æque vniuerſas corporis partes exerceat, ac pilæ luſus:* is enim, crura, brachia, ceruicem, caput, oculos, dorſum, lumbos, & denique vniuerſum corpus ęqualiter commodeque exercet: animum inſuper alacrem reddit, hominiſq; temperiem in ſuo ſtatu conſeruat, nec nimiam corpulentiam, nec gracilitatem immodicam affert, propter quas rationes Galen. *citato* præfert prædictum exercitium omnibus aliis.

Pilæ luſus præſtantia.

Mediocris ambulatio.

2. Locum obtinet mediocris ambulatio, per amæna & virentia loca, vt quæ nimirum & probe vniuerſum corpus exerceat & appetentiam excitet, caloremque natiuum ſuſcitet,

tet, membra roboret, & denique excrementis corpus exoneret, quam quidem ambulationem, ab omnibus, qui liberam vitam degunt, & ſuæ ipſorum valetudini conſulunt, non in poſtremis habendam eſſe cenſerem, vt optime aduertit Valer. *citato*.

Cap. IX.

De Quiete.

Illud ſolum de quiete aduertendum eſt, quod quemadmodum exercitium commode adminiſtratum multas affert vtilitates, proxime relatas, ita otium & quies, vbi immodica fuerint, & non ſuo adhibita tempore, maximo detrimento exiſtunt; nam cruditates pariunt, & vitioſorum humorum copiã creant, vt fuſius oſtendit Galen. *lib. de cib. boni & mali ſucci.* Item corpora effœminant, docẽte eodem Galen. *3. de his, quæ in medi. fiunt text.* 28. Denique corpora putrefaciunt, teſte Ariſt. 14 *probl. 7.* & ante illum Galen. *libr. de trem. rig. & palp.* *Quietis immodica incommoda.*

Vtendum autem erit quiete tunc potiſſimum, vbi ex multa motione corpus defatigatum fuerit, iuxta ſententiam Hippocrat. *2. Aphoriſm. 48. in omni corporis motu cum fatigari cœperit corpus, quies confeſtim laſſitudinem aufert*; quam ſententiam confirmat Galen. non ſolum in *Quando quieſcendũ.*

com-

commento prædicti textus; ſed etiam *lib. artis med. cap.* 85.

Cap. X.

De plenitudine.

DVo hoc capite de plenitudine videbimus. 1. Quid ſit, & quotuplex, 2. Plenitudinis notas declarabimus.

Quod ergo attinet ad primum videlicet, quid ſit plenitudo, aduertendum eſt, redundantiam latius patere plenitudine; ea autem duplex eſt; altera quantitatis ciborum; altera vero quãtitatis humorum: illa à Galeno multis in locis dicitur repletio, à Latinis vero ſatietas, vt optime declarat Fuchſius *in ſuo libro de Meth. med. cap.* 27. hæc rurſus duplex eſt, teſte Galeno 2. *Aphoriſ.* 17. Alia, quo ad vaſa, alia quo ad vires: *Quo ad vaſa* dicitur, quando tanta ciborum copia ingeſta eſt, vt ampla vẽtriculi capacitas ita diſtendatur, vt rumpi periclitetur: *quo ad vires* vero dicitur, vbi plus cibi ingeritur, quam à natura poſſit ſuperari: Redundantia vero quantitatis humorum appellatur plenitudo, ſiue multitudo, ſiue plethora, idem enim ſunt.

Plenitudo quotuplex.

Redundantia.

Plenitudo quo ad vaſa quid.

Quid autem hæc ſit, docet in primis Galenus 2. *local.* 2. vbi differens de plenitudine ſic ha-

habet: *fit autem plethora, ſiue plenitudo quatuor humoribus iuxta proportionem redundantibus, vel ſolo ſanguine:* item 13. *Metheor. capit.* 4. ſic habet: *Deinde conſiderandum eſt, num totum corpus aut ſanguine, aut humoribus omnibus æqualiter abundet, plethoram vocant.* Ex quibus locis clare conſtat, ex mente Galeni, plenitudinem eſſe *omnium humorum, aut ſolius ſanguinis affluentiam.*

Nec prædictæ ſententiæ aduerſatur Fuchſius *loco citato*, aſſerens, *nullam plenitudinem* (quæ proprie plenitudo vocanda ſit) *fieri niſi ex omnibus humoribus æque redundantibus aut iuxta proportionem:* quotieſcunque autem vnus redundat, ſiue pituita, ſiue ſanguis, &c. cacochymiã in corpore adeſſe ait. Confirmant ſuam ſententiam eiſdem fere autoritatibus *ſupra* aſſignatis. Primam enim autoritatem interpretatur, quaſi Gal. loquatur de ſanguine pro omnibus humoribus accepto, quod autem nomen *ſanguinis* accipiat Gal. pro omnibus humoribus, deducitur ex eodem Gal. *libr. de plenit. cap.* 14. quo loco ita ſcriptum reliquit.

His præfinitis poterit tandem tumor venarum ſignum eſſe ſanguineæ multitudinis nunc appellatæ propter eminentiam: non enim poteſt tam exquiſitus ſanguis aliquando in venis contineri, vt nihil in eo, nec bilis, nec pituitæ, nec ſero ſimilis feratur ichoris: proinde ego ſupra ſiue humores dixiſſem, ſiue ſanguinem redundare cenſebam, perinde audiendum;

quæ

quæ verba manifeſte videntur ſignificare, nomine ſanguinis comprehendi quatuor humores, ac proinde plethoram, per ſolam omnium humorum abundantiam definiendam eſſe.

Secundo confirmat Fuchſius ſuam ſententiam ex eodem Galeno *13.Meth.cap.6.* quo loco ita ait: *vbi enim æquabiliter ſucci ſunt adaucti, id plethoram vocant, vbi vero vel flaua bile, vel nigra, vel pituita, vel ſeroſis humoribus refertum corpus iam fuerit, eam affectionem, cacochymiam, non plethoram nominant.* Ex quibus autoritatibus infert, prædictus autor, quod aut redundant humores omnes ſimul, aut illorum aliquis: ſi primum, multitudo eſt, ſiue plenitudo, & hęc vel quoad vires, vel quoad vaſa; ſi ſecundum, eſt cacochymia, non multitudo.

His tamen non obſtantibus, dicendum eſt, veram eſſe ſententiam Galeni *locis ſupra citatis*, cum inquit, plenitudinem eſſe redundãtiam omnium humorum vel ſolius ſanguinis. Nec valet interpretatio Fuchſii, quatenus interpretatur Galenum 2. *local. citato*, de ſanguine pro omnibus quatuor humoribus accepto. Si enim hæc interpretatio vera eſſet, neceſſario Galen. in nugatione deprehenderetur, & ſuperfluitatis eſſet arguendus: perinde enim eſſet, ac ſi diceret: *ſit plethora redundantib. quatuor humoribus iuxta proportionem, vel redundantibus*

tibus quatuor humoribus: ſi, inquam, ſanguis pro quatuor humoribus acciperetur.

Præterea, illud verbum *(ſolo)* ſcilicet ſanguine, aperte indicat, Galenum per ſanguinem non accipere quatuor humores, ſed vnicum tantum: *vltimo* ex verbis, quæ Galen. ſtatim ſubdit, 2. *local. citato* aperte colligitur, ſolius ſanguinis abundantiam, in plethora ſiue plenitudine contineri, inquit enim, *fit autem plethora, quatuor humoribus iuxta proportionem redundantibus, vel ſolo ſanguine, vt quando aliquis aliorum humorum (* ſunt vero ii pituita, flaua bilis, aut atra *) redundat, hanc redundantiam, neque multitudinem neque plethoram ſimpliciter nominant, ſed cũ addito multitudinem pituitæ, aut bilis, aut melancholiæ, in corpore eſſe dicentes.*

Nec prædictæ reſponſioni contrariatur Gal. *libr. de plenitudine ca.* 14. affirmans, nullum in venis ſanguinem contineri ſolum & impermixtum, quia diuerſum eſt, quærere, vtrũ ſanguis in venis impermixtus reperiatur, quod nos negamus, ſicut nec bilis impermixta, & longe diuerſum eſt, quærere, vtrum ſolus ſanguis poſſit redundare ſuper reliquos humores, quod verum eſt, & conſtat ex Galeno *locis ſupra citatis*; & vlterius confirmatur, quia quemadmodum bilis in venis nunquam reperitur impermixta ſanguini, & tamen ſola poteſt redundare efficiens cacochymiam bilio-

lloſam, ita ſanguis ſolus redundans efficiet plethoram.

Et ſi aliquis petat, quomodo ſanguis poſſit redundare in venis, ſupra reliquos humores, ſi omnes ſunt commixti, ſequenti reſpondeo exemplo: Sit, verbi gratia, in vaſe aliquo vna libra aquæ, & permiſceatur alia vini, in hoc caſu, nunquam erit verum dicere, vinum eſſe impermixtum, ſiue addas plus aquæ, ſiue non; dicetur tamen, magis minuſue dilutum: ſi vero addas ſupra dictam vini libram, aliam, & aquæ, nihil, redundabit quidem vinum ſolum; eodem etiam modo in venis non opus erit, ſanguinem eſſe ſolum, vt redundet, ſed licet ſit permixtus, poterit redundare ſine exceſſu perceptibili aliorum humorum.

Ad autoritatem vero Galen. *13. Meth.* quo loco de ſanguinis redundantia nullam facit mentionem, dicendum eſt, Gal. *loco citato* prædictam redundantiam ſubintellexiſſe, cum enim cacochymia ex Gal. *citato*, trium humorum redundantia conſtet, apertum eſt, quarti humoris redundantiam in plenitudine contineri.

Diuiſionem autem, quam *vltimo loco* adfert Fuchſius, non recipimus, quia poteſt dari plethora abſque illa humorũ æquabilitate, cum enim ſenſus grauitatis, vel tenſionis ſignum ſit plenitudinis, vt *infra* videbimus, & hic non ſo-

ſolum reperiatur omnibus humoribus ſimul auctis, ſed etiam ſolo ſanguine, ſequitur, ſolius ſanguinis abundantiam in plenitudine comprehendi.

Reſtat, vt videamus, quotuplex ſit hæc plenitudo. Ad quod reſpondendum eſt cum Gal. multis in locis, præſertim *lib. de plenitudine &* *lib. de ſanguinis miſſione*, duplicem eſſe: aliam, quoad vaſa; aliam, quoad vires. Plenitudo, quoad vaſa eſt illa, in qua tanta adeſt humorum aut ſanguinis copia, vt vaſa diſtendãtur. Plenitudo vero *quoad vires*, dicitur illa, in qua ea eſt humorum multitudo, quæ vires aggrauat, licet non ſufficiat diſtendere vaſa, de quibus plenitudinis ſpecieb. copioſe admodum egit Gal. *lib. de plenit.* & eaſdem amplectuntur fere omnes Medici ſcribentes.

Quotuplex plethora ſit.

Quoad vaſa.

Ad vires.

QVÆSTIO II.

De notis plenitudinis.

QVod attinet ad plenitudinis notas, tam eius, quæ eſt ad vaſa, quam ad vires, optime eas deſcribit Galen. *lib. de plenitudine ad finem*; & *lib. de ſanguinis miſ. cap.* 4. *&* 6. *&* 4. *de ſanit. tuenda*, quibus locis habet Galen. *plenitudinis notæ ſunt, tenſio, grauitas, venarũ tumor, pigritiæ, color, & denią; pulſuũ motus. Præterea cohibitio excrementorum fluere conſuetorum, otioſa vita, & plenior*

victus plenitudinem adeſſe indicant, præſertim vbi vniuerſa hæc conuenerint, & in vno aliquo deprehenſa fuerint.

C A P. XI.

De inanitione.

GAlenus de Hippoc. ſententia *1. Aphoriſm. commento* 2. inanitionem vaſorum, vacuationem vult eſſe, quoniam in omnibus vacuationibus (vt idem Galen. *citato* ait) contingit vaſa inaniri. Cum ergo vacuatio vaſorum multis modis fiat, non mirum eſt, multiplices eſſe inanitionis differentias; in primis namq; inanit ſanguinis miſſio, purgatio, clyſteres, cucurbitulæ, vomitus, inedia, ſudor, balneum, vrinæ proritatio, menſium, & hæmorrhoidum prouocatio, ſputū, concubitus, & denique inſenſilis, quæ per omne corpus fit, tranſpiratio, ex his omnibus inanitionis modis, præcipuos ſeligemus, quos ordine declarabimus, & in primis agemus de ſanguinis miſſione.

De

De ſanguinis miſsione.

QVÆSTIO I.

Quid ſit phlebotomia, & quotuplex.

PHlebotomia eſt *vacuatio vniuerſalis plenitudinem euacuans*; quam definitionem tradit eleganter Galenus *2. Aphor. 8. & 17. & libr. de conſtitutione artis, cap. 19.* Eandem tradit Auicen. *4. 1. capit. 20. in principio.* Pro cuius quidem definitionis explicatione aduertendum eſt, duplicem eſſe vacuationem; aliam vniuerſalem, aliam particularem: *vniuerſalis* rurſus dupliciter poteſt conſiderari, vel in ordine ad mēbra, à quibus euacuat, & ſic dicetur vacuatio vniuerſalis, quæ ab omnibus membris euacuat: vel in ordine ad humores, & ſic dicetur vacuatio vniuerſalis, quia humores omnes euacuat. *Particularis* vero duobus itidem dicitur modis: *Primo*, ſi euacuat à parte aliqua determinata, vt excreatio, quæ per tuſſim fit à pulmone, & pectore: arenulæ vero à renibus. 2. Modo dicitur vacuatio particularis, non quæ à certa parte euacuat, ſed quæ vnicum tantum humorem euacuat, ſicut *rhabarbara* bilem, agaricus pituitam.

Quid ſit phlebotomia.

Quotuplex ſit euacuatio.

His præmiſſis, verbum *vniuerſale* poſitum in definitione phlebotomiæ quonam modo intelligatur, clarum ſatis & manifeſtum relin-

quitur: Intelligi enim debet, in ordine ad humores, & ita phlebotomia dicetur *vacuatio vniuerſalis, euacuans omnes humores*, quo pacto intellexit Gal. 2. *Aphor.8.* Ex quibus non ſolum manifeſta reſultat explicatio verbi (*vniuerſalis*) verum etiam patet diſcrimen inter purgationem, & phlebotomiam. quia phlebotomia omnes humores euacuat, & ita vniuerſalis appellatur: purgatio vero, quia ad vnum certum humorem vacuandum determinatur, particularis dicetur.

Quid autem ſit plenitudo & quotuplex, quæ eſt altera particula poſita in definitione phlebotomiæ *ſupra* iam dictum manet.

Phlebotomia quotuplex. De 2. quęſtionis parte, dicendum exiſtimo cum Galen. 8. *Meth. 4 circa medium*, quem ſequitur Montanus *1. ad Glauc. 2.* triplicem eſſe phlebotomiam, *euacuatiuam, euentatiuam, & reuulſiuam*.

1. *Euacuatiua* dicitur illa, quæ exhibetur in intentione vacuandi, quidquid præter naturam intra venas continetur, de qua Auic.

2. 4. *1. 20.* *Euentatiua* vero dicitur, qua mediante corpus refrigeratur, venæ deobſtruuntur, fumoſa, fuliginoſaque ſuccorum excrementa

3. tranſpirant, de qua Gal. 5. *Meth. 4.* *Reuulſiua* denique dicitur illa, per quam cohibemus, & remoramur fluxum ſanguinis ad partem affectã, de qua Gal. *libr. de ſalubri diæta, commento 15. lib. de natura humana ſect. 2. tex. 9. lib. de ſang. miſ. 8. & 19.*

QVÆ-

QVÆSTIO II.

Quot ſint conditiones requiſitæ ad ſanguinis miſſionem faciendam.

GAlenus exiſtimat, tres conditiones requiri ad ſanguinis miſſionem faciēdam, nempe magnitudinem morbi, robur virtutis, & ætatem ægrotantis extra pueritiam. Cæterum tota dubitatio eſt, vtrum illla tertia conditio neceſſario requirantur, omnes concedunt.

De quo quidem Gal. ſententiam exiſtimo fuiſſe, pueros ante 14. annum nullo modo eſſe phlebotomandos: conſtat hoc in primis ex eodem 8. *Meth.* 4. & *lib.* 9. *cap.* 5. *& vlt.* & *alibi* ſæpe, vbi loquens de affectibus requirentib. ſanguinis miſſionē, ſemper excipit pueros. Idem etiam habetur, *vnd. Meth.* 24. vbi agens de febre ſynocha, quæ inter omnes expoſcit ſanguinis miſſionem, ſic habet: *At ſi in puerum incidat, qui* 14 *. annum adhuc non attigit, mitti illi ſanguis nequaquam debebit, quia cum calidus & humidus ſit, plurimum ſubſtātiæ quotidie è corpore effluit, vnde id, quod ex incidenda vena nobis moliendum fuerat, id vltro ex natura corporis præſtatur. Præterea* 2. *ad Glauco.* 14. ſic habet: *Iis, qui carnem mollem habent (tales autem maxime pueri ſunt) licet alia omnia ſanguinem mittendum perſuadeant,*

hunc tamen non eſſe mittendum, ſed aliis vacuationibus, quantum cum moderamine, & formidine fieri poſſit, eſt vtendum. Vltimo, idem colligitur ex eodem Galeno, *lib. de phleb. cap. 9*. vbi habetur: *Si autem magnum fore morbum exiſtimamus ſeu expectamus, aut praſens eſt, aut incipit, venam tundemus, virium habita ratione ex hac oratione tantum exemptis pueris*, quod rurſus confirmat *cap. 13. eiuſdem libri*. Ex quibus omnibus locis, manifeſte deducitur, Galenum eius eſſe ſententiæ, vt exiſtimet, pueros ante 14. annum, nec multum, nec parum eſſe phlebotomandos. Nobis tamen cum multis aliis magnæ eruditionis, & authoritatis viris oppoſitum videtur, tanti viri pace, ſentiendum. Nam quotidiano experimento confirmatum eſt, pueros poſſe tutiſſime phlebotomari. Confirmatur hoc in primis experimentis Amati Luſitani *1. cent. 10.* & 17. & *2. cent. 96*. vbi quoſdam quarto anno, alios ſeptimo, alios octauo refert à Medicis quaſi deploratos facta venæ ſectione commodiſſime ſanaſſe.

Pueris etiã eſſe ſecandã venam.

Nec obſtat, quod aliqui dicunt, Galenum non negare parcam phlebotomiam, quæ noſtris temporibus fit, per quam ſcilicet extrahimus tres vel quatuor, & ad ſummum quinque vncias ſanguinis; nam conſtat, ſententiã Galeni fuiſſe, nullam phlebotomiam pueris conuenire; ratio eſt, quia cum eadem ſit pro-

por-

portio puerorum Galeni ad iuuenes eiuſdem, quæ eſt puerorum noſtri temporis, ad iuuenes eiuſdẽ, ſequitur, quod ſicut iuuenes tempore Galeni admittebant copioſiorem phlebotomiam, ita pueros eiuſdem copioſam admittere.

Confirmatur autem vlterius hæc eadem ſententia vltra experimenta Amati ex principio illo, vniuerſis Medicis receptiſſimo. *Medicus eſt imitator naturæ rectè operantis*, id eſt, vt ipſemet interpretatur *lib. aduerſus Eraſiſ. capit. 5. Medicus in illo particulari, quem curat, debet facere id, quod ſolet facere natura in ſimilibus quando robuſta eſt, & bene valet, nec à cauſis morbificis impeditur; ſed in pueris videmus naturam terminare plurimos morbos ſola ſanguinis miſſione naturali: Ergo conſtat pueris conuenire vacuationem artificialem, ſcilicet phlebotomiam*, & hoc argumento probat Galenus *lib. aduerſus Heraſiſ. citato*, in morbis ex plenitudine conuenientiſſimum remedium eſſe ſanguinis miſſionem, quia per hanc vacuationem factam à natura multi ſæpe ſanantur ex morbis plenitudinis, quos patiebantur.

2. Idem oſtenditur argumento Galeni *lib. aduerſus Heraſ. cap.* 4. quo loco probat, phlebotomiam neceſſariam eſſe in plethora, quia aliæ vacuationes, vtpote, inedia, exercitatio, balneum, frictiones, & alia huiuſmodi, non ſufficiunt, hæc enim licet euacuent, tamen

non tantum euacuant, aut non adeo celeriter, quantum morbi acuties requirit. Cum igitur in multis morbis puerorum non ſit tanta reſolutio interna, quæ ſufficiat vacuare, vniuerſam quantitatem humoris redundantis; aut non tam breuiter, quantum requirit magnitudo ægritudinis, conſtat talem reſolutionem non ſufficere, ſed vltra illam, addẽdam eſſe ſanguinis miſſionem, quæ citiſſime poſſit ſanguinem redundantem vacuare, quæ quidem ratio poteſt corroborari ex dictis à Gal. *9. Meth.* 5. vbi docet, præſente aliqua vacuatione naturali, præſertim ſanguinis, quod ſi ex illo intelligamus, vacuationem ſuffecturam, non eſſe addendam aliam vacuationem artificialem, ſed totum negotium naturæ eſſe relinquendum; ſi tamen intellexerimus, vacuationem non ſufficere, tunc addendam eſſe vacuationem artificialem, moderatam tamen, ita, vt ex vtriſque ſimul reſultet vacuatio adæquata humori peccanti; quod etiam traditur *1. Aph. 20.* Si ergo in pueris morbus valde acutus ſit, & pendeat à tanta copia humoris, quanta non poſſit vacuari per dictam reſolutionem illis naturalem, quod ſæpe cõtingit, optime addi poteſt phlebotomia, non tamen integra, id eſt, adæquata multitudini humoris peccantis, ſed parca, ita, vt ex illa ſimul

cum

cum dicta vacuatione naturali reſultet vacuatio adæquata humori excedenti; quam quidem ſententiam ſequitur Auicen. 4. *1. cap.* 20. & Cornel. Celſus *lib. 2. ca.* 10. & ex recentioribus Valeſ. Couaſr. 7. *controuerſ. cap.* 2. & Valer. *libr. 3. locorum communium cap.* 16. & *libr.* 5. *enarrationum med.* 2. & Fuchſius *de Meth. cap.* 28. *Pueri ergo ante* 14. *annum admittunt, non modo ſanguinis miſſionem per ſcarificationem*, quod opinatur Cardanus, *ſed etiam per venæ ſectionem.*

Nec obſtat prædictæ ſententiæ, quod aſſerit Hip. 4. *acut. tex.* 19. *in morbis acutis ſanguinem detrahes, ſi adſit magnitudo morbi, robur virium, & floruerit ætas ægrotantis*; non enim ſignificat ibi ægrum in ætate florente ſolum eſſe phlebotomandum, ſed ſignificat, præſentibus illis tribus *audacter, & ſine formidine* ſanguinem eſſe mittendum. Quod autem hæc fuerit mens Hippoc. conſtat, quia alias ſequeretur, cum florens ætas duret à 25. anno vſque ad 35. vt conſtat ex Galeno 6. *de ſanitat. tuend.* 2. & 3. *de præſag. expulſ.* 30. negare ibi Hippocr. ante hanc ætatem, & poſt, phlebotomiam, quod falſum eſt, *itaque ad ſanguinis miſſionem ſoli duo ſcopi neceſſarij ſunt, & potentiſſimi, ſcilicet magnitudo morbi, & robur virium*, ſtultum enim erit & pernicioſum ſanguinem mittere, niſi morbus id requirat, & vires ferre poſſint, licet autem ætas extra pueritiam ſit indicatio, *Scopi ad phlebotomiam neceſſarii qui & quot.*

omnium

omnium aliarum potiſſima, tamen non eſt neceſſaria, quare etiam ſi ea deficiat, dummodo adſint aliæ duæ indicationes potentiores, commode poſſumus ſanguinem mittere, *ſed moderate*, habendo conſiderationem, ad ætatem contradicentem magnæ vacuationi, nam quando contrariæ indicationes concurrunt, à potentiori eſt incipiendum, aliquid etiam tribuendo impotentiori, vt conſtat ex Galeno 7. *Meth.* 12. & 6. *&* 1. *ad Glauc.* 13. *&* 3. *de ſanit.* 13.

QVÆSTIO III.

Vtrum poſſit fieri phlebotomia vſque ad animi deliquium.

Rationes affirmantiũ

GAlenus 9. *Meth.* 4. videtur id concedere, habet enim illo loco; *auſero itaque ex induſtria ſanguinem quouſque animo linqueretur.* Præterea *lib. de ſanguin. miſſione* 12. loquens de phlebotomia ſimultanea, aſſerit inſpecto virtutis robore, commode exhiberi; & apertius Hipp. 1. *Aphoriſm.* 23 & 4. *acutor.* 74. quod confirmat Gal. *in commento* dicens, in vehementiſſimis febribus, doloribus, & inflammationibus ſanguinem eſſe mittendum vſque ad animi deliquium: Hanc eandem ſententiam ſequitur ex recentioribus Valeſ. 7. *controuerſ.* 8. Eandem ſequitur Veiga 2. *de arte med. cap.* 2. Item Amatus

tus Luſitanus, 3. *centur. curat.* 31. Et Fuch. *de Meth. cap.* 28. cuius ſententiæ rationem exhibet Galen. 1. *Aphor. citato*, quia ſcilicet ex huiuſmodi vacuatione totius corporis habitus refrigeratur, & febris extinguitur, multis citatur aluus ad deiectionem, aliis vomitus prouocatur, pleriſque etiam non raro ſudor copioſe effluit, vnde incolumes euadunt.

Verum aduerſus hanc Galeni & Hippocr. determinationem, nonnullę inſurgunt dubitationes, primo inſurgit Cornel. Celſ. *lib.* 2. *capit.* 10. exiſtimans nequaquam exhibendam eſſe huiuſmodi phlebotomiam; inquit enim, multo ſecurius eſſe, paulatim vacuare, quam ſemel, omni effuſa vi morbum cum vita repẽte extirpare; hoc ipſum confirmatur ex Hip. 6. *Aphor.* 27. vbi ait: *quicunque ſuppurati aut hydropici vruntur, aut ſecantur ſi pus aut aqua vniuerſim effluxerit, omnes moriuntur.* Ex quo licet ita argumentari; *ſed ſanguis eſt naturæ familiariſſimus & vitæ theſaurus. Ergo multo rationabilius eſt effuſo vniuerſim ſanguine homini mortem contingere pro ſalute.* *Negantium*

Secunda inſurgit Auer. 7. *collig. cap.* 8. vbi late reprobat huiuſmodi ſanguinis miſſionem: *Medicus*, inquit, *eſt imitator naturæ recte operantis: ſed natura recte operans nunquam facit vacuationes vſque ad animi deliquium*: *Ergo nec Medicus*: conſecutio bona eſt, maior eſt axioma Medico-

dicorum, minor quotidiano confirmatur experimento.

Tertia in vacuatione intentio vacuantis eſt, ſanguinem ſuperfluum, vel vitioſum extrahere, bonum vero & defæcatum conſeruare, ſed in hac euacuatione non ſolum vitioſus, ſed bonus & incorruptus euacuatur. Ergo exercenda non eſt.

Quarta, febres ardentes ſuntললioſæ, ſed in bilioſis non competit phlebotomia: Ergo nec phlebotomia vſque ad animi deliquium: minor patet, quia ſoli plethoræ debetur ſanguinis miſſio, cacochymiæ vero, qualis reperitur in febribus bilioſis, purgatio, vt colligitur ex Galeno 13. *Meth. cap.* 6. & 7. *Meth. vnd.* & 2. *Aphor.* 17.

5. & vltimo, *præſente dolore à phlebotomia cauendum* docet Auicenna 4. 1. *cap.* 20. & Galenus 1. *ad Glaucon. cap. decimo tertio*, vbi ſic habet: *Si vehemens vigilia, grauisque dolor ægrum infeſtauerit, multæ, ac ſubitæ vacuationes cauendæ ſunt, dolor enim vires exoluit, diſſipat, & euertit*, 3. *acutor. commento* 33. & 2. 1. *doc.* 2. *capit. ſecundo*, & 4. 1. 30.

Opinio autoris. *Animi deliquium quotuplex.* Pro maiori huius rei explicatione & vera quæſtionis deciſione aduertendum *primo* eſt, triplex eſſe animi deliquium: *primum* fit ob ſolum defluxũ bilis ad os vẽtriculi, vel agitationem bilis contentæ in ventriculo; vtriuſque cauſa eſt, agitatio humorum ex phlebotomia.

mia. *Secundum* eſt, quod ſuccedit ad magnam vacuationem, videl. ob defectum ſpirituum in toto retrahente, ſcilicet, corde, vndequaque ad ſe magnam copiam ſpirituum, & hoc magis ſuccedit poſt clauſam venam, impetus enim exeuntis ſanguinis, impedit regreſſum ſpirituum, & hoc appellatur *lypothymia*. *Tertium* eſt defectus in corde cum ſudore, & inſigni pulſus mutatione, appellaturque *ſyncope*, id eſt, præceps virium lapſus; ſic enim definitur à Galeno *12. Meth. ca.* 5. hoc vltimo qui corripiuntur, difficulter vires recuperant.

2. Notandum eſt, has duas vltimas acceptiones ita diſtingui inter ſe, vt ſecundum deliquium ſeu lypothymia ſit caſus virtutis animalis, ſyncope vero vitalis: prius autem ſuccedit caſus animalis, ſiquidem vitalis facultas fortior eſt animali, & magis reſiſtit iniuriis, ac proinde antequam vitalis inſigne aliquid perpetiatur, incipit animalis deficere, patiente nihilominus vitali.

3. Notandum eſt, Græcos & Arabes inter ſe maxime diſſentire, de hac ſanguinis miſſione, vſq; ad animi deliquiũ; nam Græci, vt conſtat ex Gal. *libr. de ſang. miſſione*, & *alibi* ſæpe, nunquam phlebotomant niſi ex magna cauſa, ſed tunc copioſe admodum ſanguinem extrahunt: Arabes vero contra nunquã audent ad tam copioſas phlebotomias accedere, ſecu-

Differentia inter Græcos & Arabes quoad venæ ſectionem.

ſecurius eſſe exiſtimantes, iterare ſępius phlebotomiam, quam ſemel çopioſe vacuare, vt colligitur ex Auicen. *1.4. de cura vniuerſali*, & ex Rhaz. *30. cont. 5.*

4. Notandum eſt, humores intra vaſa dupliciter conſiderari, vel vt ſunt feruidi & ebullientes, vel vt compacti, & concreti in aliqua parte.

His ſic animad:ertſis, ad quæſtionem reſpondemus vnica concluſione, quæ talis eſt: *Suppoſitis viribus tuto poteſt exerceri phlebotomia, vſque ad animi deliquium, in 2. ſignificatione acceptum potiſſimum, vbi copia adfuerit ebullientis ſanguinis*: quæ concluſio ſuadetur autoritate Galen. *9. Meth. 4.* & *lib. de ſang. miſſione 12.* & Hip. 1. *Aph. 23.* quem ſequitur Gal. *in commento*, tradens prædictam phlebotomiæ rationem, ſcilicet totius corporis refrigerationem, & licet per hanc facultas vitalis aliquo modo patiatur, tamen prius cadit facultas animalis, vſque ad quem caſum incluſiue, fit dicta phlebotomia, quæ quidem opportune adhibita multa infert commoda & iuuamenta, dexter tamen & exercitatus apprime debet eſſe Medicus, qui hanc ſanguinis miſſionem mo liri iubet, oportetque interim, dum ſanguis adeo copioſe ducitur, pulſum tangere, ne pro deliquio mors ſequatur, quod multis incaute tanto auxilio vtentibus contigit, vt ægris tribus, qui-

quibus multus ſanguis extractus fuit, in Medicorum manibus defunctis, eueniſſe meminit Galenus *libr. de ſanguin. miſſ. 12.* alii vero & ſi mortui non fuerint, in graues tamen & irreparabiles morbos conciderunt. Quos Galen. *9. Meth. capit.* 10. *&* 4. latiſſime commemorat: Mediocris vero Medicus, nec multum exercitatus ſecurius prædictam vacuationem renuet, & reformidabit, ſuperfluamque multitudinē potius aucto numero euacuabit, quā ſemel euacuando ægrum in apertum diſcrimen deducere, iuxta Gal. *9. Meth.* 4. *tutius eſt infra ſubſiſtere, quam exquiſite vacuare.*

His ita explicatis, reſtat modo argumenta pro parte contraria facta diluere. Ad *primum* dico, diuerſam eſſe rationem in hydropicis, & in laborante febre ſynocha, quia in illis vires valde debiles ſunt, vnde ex ſimultanea illa vacuatione reſolutis paucis ſpiritibus, qui aderant, ſequitur mors; in ſynocha autem ſupponitur, vires eſſe robuſtas, vt illa vacuatio commode fiat. alias non permittitur. *Reſponſio ad obiecta.*

Ad 2. dico, ſi natura euacuet ſanguinem vſque ad animi deliquium, eam quidem vacuationē vtiliſſimam eſſe poſſe, ſi ibi ſiſtat natura, cum æger animo linquitur, nec vacuatio vlterius progrediatur; ſed regulariter nō laudatur, quia nihil adeſt, quod eam reprimat, cum ſuperfluit, quod aliter contingit in phle-

ſecurius eſſe exiſtimantes, iterare ſępius phlebotomiam, quam ſemel copioſe vacuare, vt colligitur ex Auicen.*1.4.de cura vniuerſali*, & ex Rhaz.*30.cont.5.*

4. Notandum eſt, humores intra vaſa dupliciter conſiderari, vel vt ſunt feruidi & ebullientes, vel vt compacti, & concreti in aliqua parte.

His ſic animaduerſis, ad quæſtionem reſpondemus vnica concluſione, quæ talis eſt: *Suppoſitis viribus tuto poteſt exerceri phlebotomia, vſque ad animi deliquium, in 2. ſignificatione acceptum potiſſimum, vbi copia adfuerit ebullientis ſanguinis*: quæ concluſio ſuadetur autoritate Galen.*9.Meth.*4.& *lib.de ſang. miſſione 12.* & Hip. 1.*Aph.23.*quem ſequitur Gal.*in commento*, tradens prædictam phlebotomiæ rationem, ſcilicet totius corporis refrigerationem, & licet per hanc facultas vitalis aliquo modo patiatur, tamen prius cadit facultas animalis, vſque ad quem caſum incluſiue, fit dicta phlebotomia, quæ quidem opportune adhibita multa infert commoda & iuuamenta, dexter tamen & exercitatus apprime debet eſſe Medicus, qui hanc ſanguinis miſſionem moliri iubet, oportetque interim, dum ſanguis adeo copioſe ducitur, pulſum tangere, ne pro deliquio mors ſequatur, quod multis incaute tanto auxilio vtentibus contigit, vt ægris tribus,

qui-

quibus multus ſanguis extractus fuit, in Medicorum manibus defunctis, eueniſſe meminit Galenus *libr. de ſanguin. miſſ. 12.* alii vero & ſi mortui non fuerint, in graues tamen & irreparabiles morbos conciderunt. Quos Galen. *9. Meth. capit.* 10. *&* 4. latiſſime commemorat: Mediocris vero Medicus, nec multum exercitatus ſecurius prædictam vacuationem renuet, & reformidabit, ſuperfluamque multitudinē potius aucto numero euacuabit, quā ſemel euacuando ægrum in apertum diſcrimen deducere, iuxta Gal. *9. Meth.* 4. *tutius eſt infra ſubſiſtere, quam exquiſite vacuare.*

His ita explicatis, reſtat modo argumenta pro parte contraria facta diluere. Ad *primum* dico, diuerſam eſſe rationem in hydropicis, & in laborante febre ſynocha, quia in illis vires valde debiles ſunt, vnde ex ſimultanea illa vacuatione reſolutis paucis ſpiritibus, qui aderant, ſequitur mors; in ſynocha autem ſupponitur, vires eſſe robuſtas, vt illa vacuatio commode fiat. alias non permittitur. *Reſponſio ad obiecta.*

Ad 2. dico, ſi natura euacuet ſanguinem vſque ad animi deliquium, eam quidem vacuationē vtiliſſimam eſſe poſſe, ſi ibi ſiſtat natura, cum æger animo linquitur, nec vacuatio vlterius progrediatur; ſed regulariter nō laudatur, quia nihil adeſt, quod eam reprimat, cum ſuperfluit, quod aliter contingit in phle-

botomia artificiali, hanc enim quocunque tempore poterit artifex cohibere.

Nec valet ſolutio Muſæ 1. *Aph.* 23. reſpondentis, Galen. Hip. & alios authores quando commendant ſanguinis miſſionem vſque ad animi deliquium, ſumere hunc terminum *(animi deliquium)* excluſiue, non incluſiue; & hac diſtinctione adhibita conatur ſoluere omnia argumenta adducta. Cæterum hæc diſtinctio non videtur ad mentem Galeni: oppoſitum enim conſtat ex eodem 9. *Meth.* 4. *eo vſque*, inquit, *ſanguinem extraxi, quouſque animo linqueretur*, in quibus quidem verbis expreſſe Galen. incluſit animi deliquium. Idem etiam conſtat ex eodem 4. *de ſanit.* 8. vbi præſentem animi defectum ex phlebotomia docet, non eſſe reformidandum, & *lib. de ſang miſſione* aduerſus Heraſ. 10. ſtatuit pro termino phlebotomiæ animi deliquium.

Ad 3. dico, *in omni vacuatione aliquid ſemper vtilis cum inutili vacuari*, vt docet Galen. *libr. aduerſus Heraſ. citato*; vt ergo aliqua vacuatio proba & vtilis aſſeratur, non requiritur, quod nihil de vtili vacuetur, ſed ſufficit plurimum quidem de inutili, perpaucum vero de vtili vacuari, nullum enim datur remedium, quod ita omni ex parte proſit, vt nullatenus obſit.

Ad 4. dico, in febribus ardentibus, de quorum numero cauſus eſt, conuenire ſanguinis miſſio-

miſſionem non gratia vacuationis, ſed gratia refrigerationis: vel dico, Galenum *loco citato* non loqui de febribus pure bilioſis, ſed de ſanguineis, quæ etiam ab eodem Galeno vocantur ardentiſſimæ.

Ad vltimum dico, cum Fuch. *loco citato*, dolorem dupliciter poſſe accipi, vel per ſe, vel vt eſt ſymptoma morbi; in dolore accepto primo modo fieri poteſt huiuſmodi vacuatio vſque ad animi deliquium, & de hoc dolore intelligendus eſt Gal. 1. *Aph.* 23. quando, inquit, *in vehementiſsimis febribus, doloribus, &c.* 2. vero modo minime, & de hoc dolore intelligendus eſt Gal. 1. *ad Glauc.* 14. & Auicen. 4. 1. *capit.* 20. nihil enim inconuenit idem diuerſis conſiderationibus acceptum, varias ſubire appellationes. *Doloris duplex acceptio.*

Nec prędictæ reſolutioni aduerſatur, quod aliqui dicunt, dolorem, ſcilicet, in vtraque acceptione vires exoluere, quæ quidem virium exolutio, & diſſipatio prohibet magnam phlebotomiam; non, inquam, aduerſatur, quia dolor magnus licet proceſſu tēporis, ita deiiciat virtutē, vt prohibeat copioſe ſanguinē mitti, tamē in primo occurſu, i. e. in primis diebus, licet aliquantulū debilitet, non prohibet ſanguinis miſſionē, alias n. ſequeretur, ꝙ ſi quæuis debilitas phlebotomiā prohiberet, cum omni morbo iungatur debilitas, in omni

Q 2 mor-

morbo prohibetur copioſa vacuatio, quod falſum eſt.

Non obſtat 2. Hippocr. *1. Aphor. 23.* habet enim ſic: *At vbi vſque ad animi deliquium expedit ducere, faciendum, ſi æger poſſit tolerare*; ſi enim animo linquitur, quo modo poteſt tolerare? Non, inquam, obſtat, quia Hippocrat. eſt ita intelligendus: *ſi poteſt tolerare*, id eſt, *ſi pulſus nondum amiſit vehementiam, æqualitatemque & magnitudinem.*

Non obſtat tertia quod aliqui obiiciunt: *in robuſto à maiori cauſa inducitur deliquium, igitur periculoſius, minus ergo cõducit producere ad deliquiũ robuſtum, quam inualidum.* Dico, antecedens quidem verum eſſe, conſequens tamen falſum: nam reparatio in robuſto, etiam longe facilior eſt, quia curans & regenerans ſpiritus eſt cor, quod in robuſto longe validius eſt, ac proinde non datur paritas vtrobique in cauſa curante.

QVÆSTIO IV.

Qua hora diei phlebotomia ſit commodior.

Cur hora matutina conuenientior.

PRo huius quæſtionis ſolutione, notandum eſt ex Galeno 9. *Meth.* 4. & *lib. de ratione curandi per ſanguinis miſ.* 12. & ex Auicen. 1. 4 *tract.* 2. *cap.* 45. *vrgente neceſſitate phlebotomiam commode fieri poſſe quauis hora diei & noctis, licet hora diei & no-*

& noctu, licet hora conuenientior ſit matutina, quia tunc æger eſt leuior, & per ſomnum magis roboratus, iuxta ſententiam Auicen. 4. 1. *cap.* 20.

Secundo notandum eſt, phlebotomiam non ſolum in primis diebus morbi commode fieri poſſe, vt Celſ. opinatur *lib.* 2. *cap.* 10. ſed etiam poſt 4. & poſt 40. diem, dummodo adſint conditiones requiſitæ ad ſanguinis miſſionem faciendam, de quibus *ſupra*, vt optime docet Galen. *libr. de ratione curandi per ſanguin. miſ. cap. 10.* & Auicen. 4. 1. *c.* 20. Concedendum tamen eſt, in morbis acutis pendentibus à plethora, vtilius multo eſſe facere phlebotomiam neceſſariam, ante quartum diem, nam poſtea degenerante ſanguine per putredinem in alios humores, ſequitur cacochymia, quæ non ſimiliter admittit copioſam phlebotomiam; & ob cauſam Auic. 1. 4. *tract.* 2. *cap.* 7. videtur dixiſſe, loquens de febre ſanguinea, *& cum poſtponitur phlebotomia in principio ægritudinis, non eſt ei intentio*, id eſt, non *ſimiliter* conuenit; iuxta quam ſententiam eſt interpretandus Iſac. *in viatico capit. de febr. ſanguinea* aſſerens in ea phlebotomiam faciendam eſſe in principio, non poſtea, ſignificans ſcilicet, ante quartum diem, multo vtiliorem fore, quam poſtea, licet enim re vera etiam poſtea vtiliter fieri poſſit, vt dictum eſt, non tamen

in tanta copia, nec cum tanta ægri vtilitate, ſicut ſi ante quartū diē fieret, ob cauſas dictas.

Nec obſtat prædictæ ſententiæ Azarab. *ca. de ſynocho*, reprobans omnino phlebotomiam poſt primos dies, tanquam deletercam; nam intelligendus eſt, quando ſanguis per putredinem iam abiit in cacochymiam, in quo caſu, ſi cacochymia manet permixta ſanguini, phlebotomia vti poſſumus poſt quartū diem, vbi vero ſanguini permixta non eſt, à phlebotomia abſtinendū eſt, cacochymia enim multum emendatur permixtione ſanguinis; vnde fit, vt in tertiana pura in principio, quo tempore bilis adhuc non eſt permixta ſanguini, commendet Auic. abſtinere à phlebotomia vſque ad tres periodos *1.4.tract.2.cap.29.*

An flante Aquilone vel Auſtro.

Si vero aliquis quærat, num phlebotomia fœlicius ſuccedat flante Aquilone, an flante Auſtro? Reſpondeo cum Auicenna 4. 1.5. Quod *quemadmodum ad purgationem, in hyeme conuenit eligere diem Auſtrinam, & in æſtate diē Septentrionalem, ſimiliter faciendum eſſe ad phlebotomiam*; eadem enim ratio eſt vtrobique; nam ventus Auſter calidus eſt, & humidus, quare in hyeme iuuat aperiendo meatus, & fundendo humores tali tempore præ frigore concretos; ventus vero Septētrionalis frigidus cum ſit, iuuat in æſtate roborando virtutes debilitatas ex nimio calore dicti temporis: fiet ergo phle-

phlebotomia, niſi aliquid obſtet, *in æſtate, mane flante Aquilone à ſeptima hora vſque ad octauam, in hyeme vero flante Auſtro, mane à decima hora, vſque ad vndecimam*, ob nimiam frigiditatem dicti temporis.

QVÆSTIO V.

Vtrum in pleuritide debeat fieri ſanguinis miſſio ex eadem parte.

PRo huius quæſtionis deciſione notandum eſt in pleuritide, ſiue quauis alia inflammatione interna, duo potiſſimum tempora conſiderari: *primum*, in quo humor partim fluit ad partem affectam, partim vero in illa iam continetur. *Secundum* in quo omnino ceſſauit humoris defluxio, quod in declinatione fieri ſolet; In hoc ſecundo tempore, ſolam conuenire vacuationem nemini dubium eſt, quæ quidem commodiſſime fit, per ipſammet partem affectam, ſi per eam fieri poſſit, aut ſaltem per partem viciniſſimam, vt aperte docet Galen. *lib. de phleb. cap. 19.* & *2. ad Glauc. 2. poſt medium*, & *4. Meth. cap. 6.* de quo quidem tempore intelligenda ſunt omnia Galeni loca, quæ per partem affectam vacuationē ſuadent: ſic in ſquinantia ceſſante fluxione cōuenit ſectio venarũ ſub lingua, & in antiquis oculorum inflammationibus ſectio venæ, quæ decurrit ad magnum angulũ oculi: ſic in pleuritide ceſſante

defluxione commendat Auic. *1.3. tract. 1. cap. 2. ante finem*, & Paul. *lib. 3. c. 33.* cucurbitulas ſupra partem dolentem, ob magnas vtilitates, quas præſtant, de quibus meminit Tral. *lib. 6. cap. 1.* quæ tamen omnia intelligenda ſunt, dum modo corpus præuacuatum ſit, vel nulla adſit in corpore redundantia, aliàs enim timor eſt, ne vacuando ab ipſamet parte affecta prouocetur defluxio, ad illã: ob quã cauſam merito videtur Gord. reformidare vſum dictarũ cucurbitularum, ſupra partem affectam in pleuritide, timens augmentationem apoſtematis propter violentam attractionem, quæ cucurbitulis fit, denique cùm dicta vacuatio per partem affectam non conueniat, etiam ceſſante defluxu, niſi poſt integram humoris redundantis vacuationem in ambitu corporis, cuius certitudinem non eſt facile aſſequi, multo tutius erit etiam poſt peractam defluxionem, non per ipſammet partem affectam, ſed per locum illi viciniſſimum vacuare, præcipue ſi vacuatio debeat fieri per id, quod magnam vim attrahendi habeat, quale eſt cucurbitula, hæc enim etiam corpore inanito vehementer & plurimum trahit ad partem, cui applicatur, & ita ſæpe fit cauſa noui fluxus, ſic etiam dolor & calor partis inflammatæ fluxionis cauſæ ſunt, quantumuis totum corpus purum ab excrementis ſit, iuxta ſententiam Galeni 3, *Meth. ca. 5.* Cæte-

Cæterum tota difficultas eſt de primo tempore inflammationis, num ſcilicet in principio vbi humor, partim fluit ad partem affectam, partim iam in illa continetur, debeat fieri ſanguinis miſſio ex eademmet parte, an è contra. Nam quod ex parte oppoſita vacuandum ſit, oſtenditur primò, quia tunc temporis conuenit reuulſio, vt patet, hæc autem fit per partem contrariam, docente Galeno 4. *Meth.* 6. *& libr.* 5. *capit. tertio*; vacuatio enim ex parte affecta magis auget, & concitat fluxum, ſiue defluxum humorum ad illam partem; ob quã cauſam Galenus 2. *ad Glauc.* 2. *iuxta initium* docet in affectibus partium ſupernarum ſanguinem per inferiora ducendum eſſe, & in inflammationibus partium infernarum è contra; quia vt inquit, fluxionis motum ad contrarium trahere expedit.

Secundo ſuadetur prædicta ſententia, quia vel phlebotomia facta in principio pleuritidis ex eademmet parte affecta, eſt reuulſiua, vel non: primum (quod Græci libenter concedunt) affirmari non poteſt, quia ex Galeno 5. *Aphoriſ.* 68 triplex tantum eſt reuulſio, ſcilicet, *à dextris ad ſiniſtra, ab inferioribus ad ſuperiora, & denique ab anterioribus ad poſteriora: atqui in phlebotomia facta in principio pleuritidis ex eadem parte, nulla prædictarum ſeruatur reuulſio. Ergo talis phlebotomia reuulſiua non eſt, ac proinde* *Reuulſio quotuplex.*

Q 5 *nul-*

nullo modo ex eadem parte fieri debet, ſed ex oppoſita.

Tertio eadem remedia, quæ adhibentur morbis imminentibus, adhibentur etiam præſentibus; ſed imminente pleuritide, pro præſeruatione ipſius, diſtantiſſima pars eligenda eſt. Ergo & incipiente pleuritide. Maior deducitur ex Galeno *lib. de ſanguin. miſ. cap.* 19. vbi agens de vacuatione præſeruatiua, qualis ineunte vere fieri ſolet, iuxta ſententiam Hippocr. 6. *Aphor.* inquit, ab eo loco vacuandum, ex quo incipiente iam affectione.

Quarto, incipientibus inflammationibus in partibus infernis ſanguinis miſſio debet fieri in ſupernis; Ergo non ex eadem parte affecta: aſſumptum oſtenditur, quia *reuulſio debet fieri ad originem defluxus: atqui defluxus humorum ad crura, & ad alias partes inferiores, fit à partibus ſupernis, quæ calidiores ſunt, & plus ſanguine abundant; igitur incipientibus inflammationibus in partibus infernis phlebotomandum erit per ſupernam.*

Quinto idem ſuadetur, authoritate Galeni 13. *Meth. cap.* 5. cum inquit, *manu laborante ſcarificabis crura, altero crure, male habente reliquum*, & Celſus *lib.* 2. *cap.* 10. humeró affecto venam brachii contrarii ſecat.

Sexto idem oſtenditur autoritate Pauli *lib.* 6. *cap.* 14. aſſerentis in inflammationibus recens natis, ex partibus contrapoſitis parti laboranti oportere vacuare, & Aet. *lib.* 8. *cap.* 68. in-

inquit, *in iis vero, qui acuto morbo, vti diximus, infeſtantur, ſi quidem circa mammas & clauiculas hæreat dolor, venam incidere oportet in brachio, non eo, quod recte ab inflammato latere procedit, ſed oppoſito.*

Hæc ſunt, quæ ſuadent in principio inflãmationum internarum, à quadra oppoſita vacuandum eſſe: quam ſententiam ſequuntur Arabes omnes, & Barbati eos ſecuti, & ita Auicen. *1. 3. tract. 5. cap. 1.* non ſolum in pleuritide, verum in aliis inflammationibus internis, primo phlebotomat ex ſaphena eiuſdem lateris, ſecundo ex brachio oppoſito, tandem ex brachio partis affectæ, communius tamen eſt, inter practicos ſcribentes & prædictam ſententiam ſequentes, in principio dictarum inflammationum vacuare non ex pede, ſed ex brachio lateris oppoſiti. Sic Rhaz. *10. contin. cap. 2.* in principio pleuritidis iubet mitti ſanguinẽ ex latere oppoſito, licet in hac ſententia valde inconſtans ſit, vt apparet ex his, quæ docet, *9. ad Almanſ. cap. de pleuritide.*

His tamen & aliis non obſtantibus, ad quæſtionem vnica concluſione reſpondebimus, quæ talis eſt: *In principio pleuritidis ſiue cuiusuis alterius inflammationis internæ ſanguinis miſſio debet fieri ex eademmet parte affecta, ſeruãte rectitudinem & communitatem*: ſuadetur autem, primo, quia *quandocunq; ſimul conuenit reuulſio & vacuatio, pars* *Opinio autoris.*

affe-

affecta eligenda eſt, ſeruata rectitudine & communitate; ſed in principio pleuritidis & aliarum inflammationum conuenit reuulſio ſimul & euacuatio; Ergo. Minor oſtenditur, quia reuulſio fit gratia humoris contenti iam in parte; cum ergo in principio pleuritidis humor partim fluat ad partem affectam, partim vero iam contineatur in eademmet parte, ſequitur, tunc temporis conuenire vacuationem ſimul & reuulſionem, quæ vtraque ſimul commodiſſime perficiuntur vacuatione facta, ſeruando dictam rectitudinem & communitatem.

Quod autem ita etiam fiat reuulſio (in quo tota vis controuerſiæ conſiſtit) vltra autoritatem Galen. *lib. de phleb. cap.* 15. & *16. &* 5. *Meth. cap.* 3. colligitur ex Hippoc. & Galen. 5. *Aph.* 68. vbi à parte poſteriori capitis ad anteriorem fit reuulſio; atqui diſtantia, quæ eſt à latere affecto, ad venam, quæ in brachio phlebotomatur, eſt multo maior; igitur etiam per illam fiet reuulſio. *Præterea*, ex Auicen. 4. 1. *cap.* 3. ad reuulſionem ſufficit diſtantia, quæ eſt ab humero ad humerum, ſed ea, quæ eſt à latere ad cubitum maior eſt, vt patet, igitur illa ſufficit ad reuellendum.

Secundo prędicta ſententia ſuadetur, quia in principio inflammationis, præcipua intentio eſt, cohibere fluxum humorum ad partem affectam, quod ex methodo curatoria prærequi-

quirit ablationem cauſę defluxionis, quę cauſa ex Galen. *13. Meth. cap. 5. & 6.* potiſſimum eſt, dolor partis, & calor eiuſdem propter calefactionem, & inflammationem humoris putrefacti. Incipienda ergo curatio erit, ab huius humoris vacuatione, quæ commodiſſime fit, ſeruata rectitudine & communitate, à parte vero diſtantiſſima non ſic.

Tertio illa reuulſio commodiſſima eſt, quæ humorem à termino defluxionis ad originem reuocat; atqui ferme ſemper defluxiones à locis rectis & communibus fiunt, igitur ſectio ex vena recta & communi commode ſubuenit neceſſitati reuellendi humoris fluentis, & ſimul ſubuenit alteri neceſſitati vacuandi humores, contentos in parte affecta, igitur talis ſectio potiſſimum eligenda eſt in principio inflammationum. Quod autem vacuationes ferme ſemper ſecundum rectum fiant, conſtat ex Hippoc. 6. *Epid. ſect. 2. tex.* 12. vnde fit, vt in inflammatione iecoris optima criſis ſit fluxio ſanguinis ex nare dextra 3. *criſ.* 3. & ſi contra fiat, mala exiſtat; quod vlterius confirmatur autoritate eiuſdem Galeni *lib. de phleb. 15.* vbi tandem concludit, reuulſionem, quibus in directum adhibetur, euidentem vtilitatem celeriter oſtẽdere; quibus contra, non item, non ſolum autem fluxus humorum fit ſecundum rectitudinem, ſed etiam communicatio vaporum, ita læſa parte dextra vteri, dolet pars dextra capitis,

pitis,& ſi caput ex ventriculo dolet,frons dolet,ſi ex vtero dolet occiput, quia ſecundum rectitudinem ſupra ponitur vtero. *Præterea* dicta rectitudo non ſolum facit ad fluxum humorum & vaporum,ſed etiam ad communicationem ſimplicis qualitatis, ſic refrigerato rene dextro,crus dextrum refrigeratur; & ſi iecur incaluit,dextra manus& pes exulcerantur, &ardent: ſi lien, ſiniſtra, ſolum propter rectitudinem, ſimiliter ex eadem cauſa dextra ſunt calidiora ſiniſtris *14.de vſu part.7*.propter rectitudinem,quam habent ad iecur.

Quarto ſuadetur prædicta concluſio, quia ſi phlebotomia fiat extra rectitudinem & communitatem, oportet illam amplius frequentare,vt faciunt Barbari, quouſque fiat vacuatio humoris contenti in parte affecta,quod in huiuſmodi phlebotomia tardius fit,quam in ea,quæ ſeruat rectitudinem & communitatē. *Vlterius* ſic extrahitur bonus ſanguis & relinquitur malus in corpore, vt cōſtat experimēto,vnde Gal.*lib.de trem.& palp.cap.5*.inquit: *Aliæ enim aliis partibus corporis venæ ſunt communes, & à communibus ſectio ſemper facienda eſt,ſi namque alias ſecueris, nec ſanabis affectum, perpetuo autem, quod ſanum eſt, lædes; quamobrem probe curare volentem,vnde affectio ſit, noſſe neceſſe eſt:* cum igitur non ſeruata rectitudine & communitate ob cauſas dictas multo magis debilitetur

vir-

virtus, quam tamen religioſiſſime ſeruandam in pleuritide, peripneumonia, & angina docet Galenus 10. *Meth. 5. ad finem*, patet dictam phlebotomiam non conuenire. Ex quibus omnib. manifeſte colligitur, *in principio inflammationum internarum phlebotomandum eſſe ex parte diſtante, ſeruante tamen rectitudinem & communitatem cum parte affecta*: Sic enim vnico remedio ſubueniemus duplici neceſſitati, reuellendi ſcilicet & vacuandi: quam quidem ſententiam ſecuti ſunt fere omnes Græci *libr. de phleb. 15. & 16.* & *lib. de conſt. artis 16.* & *13. Meth. vnd.* & *2. ad Glauc. cap. 2.* & *alibi*, ſæpe Aet. *libr. 3. cap. 12.* & eandem noſtris temporibus omnes practicantes obſeruant, tanquam veriorem & vtiliorem. In quo autem conſiſtat rectitudo illa, ob quã phlebotomia magis à parte affecta euacuat, difficilimum eſt iudicare: quidã enim opinantur (in quorũ numero videtur eſſe Fern. *lib. de phleb. cap. 5.*) cauſam dicti euentus eſſe vim naturalem trahendi ſanguinem inſitã villis oblongis vaſorũ, qui villi ſecundũ rectitudinem progrediũtur, quare ſecundũ rectitudinem trahent: nõ aliter ac magnes, qui virtute quadam inſita ferrum trahit ſecundum rectitudinem: prædictas enim tractiones aliquando aſſimilauit Galen. 1. *de locis, vltimo*, quemadmodum enim vbi magneti accedit ſuo cuſpide acus, in ſublime trahitur, & pen-

In quo conſiſtat rectitudo.

& pendet, magnetis vi hærens, & immota manens: ſi vero accedat alia priori recta, tangens prioris illius finem, hærebit ſimiliter & ſeriatim prima ſecundam, ſecunda tertiam retinebit pendulas, ſi recta applicentur, non ad latera, quoniam ea eſt illius facultatis natura, vt recta tantum deferatur, ſic cum axillaris dextra continua filamenta oblonga habeat cum latere dextro trunci per pectus ad iugulum aſcendentis, non cum ſiniſtro trahet, quidquid in dextro ſanguinis continetur, non quod in ſiniſtro.

Cæterum hæc ſententia refellitur, 1. quia vis trahens inſita villis, non trahit niſi in penuria, ſiue propter defectum, & licet perpetuo traheret, non tamen copioſe traheret, ſicut per phlebotomiam trahitur à parte affecta ſeruata rectitudine, 2. etiam reiicitur, quia ſolum habere poteſt locum in ſanguine vaſorum, cum tamen vis rectitudinis etiam ad cõmunicationem vaporum, & ſimplicis qualitatis extendatur, vt *ſupra* viſum eſt.

Alii putant vim rectitudinis conſiſtere in procliuitate fluxionis humoris ſecundum ſitum, quem ſuæ partes obtinent, intra venę cauitatem: quemadmodum enim in flumine videmus partem dextram illius ſeruare ſuum ductum, & fluxum ad dextram partem, partem vero ſiniſtram, ad ſiniſtram, ſimiliter dicunt

cunt partes ſanguinis contenti in vena vacua, ſuos ſitus, fluxuſque obſeruare, & procliuitatem fluxionis ſecundum partẽ dextram, vel ſiniſtram, quam ſeruant. Verum hæc etiam refellitur ſententia, quia in inflammationibus lienis, non habet locum; ſanguis enim in venis brachiorum, & pedum contentus à vena caua fluit, *lien autem non nutritur per venam cauam, ſed per venam portæ*, quæ ab illa diſiuncta & ſeparata eſt; cum igitur in inflammationibus lienis videamus ſectionem baſilicæ ſiniſtræ, multo magis iuuare, quam ſectionem baſilicæ dextræ, patet aliam rationem huius effectus & euentus aſſignandam eſſe vltra dictas.

Non deſunt aliqui, qui nouam rationem excogitent, ſupponentes in ſanguine ignem ſuperabundare, tunc ſic: *ignis natura ſua ſurſum fertur. Ergo cum in ſanguine abundet, ſanguinem ſurſum ferri non erit mirum, ideoque aduerſæ ſectioni per lateralem motũ, non obſequi, ſed rectæ per rectum.* Cæterum hi etiam refelluntur, quia prædicta ratio in ſolo ſanguine vaſorum videtur habere locum, cum tamen vis rectitudinis ad communicationem vaporum, & ſimplicis qualitatis extendatur, vt ex dictis conſtat: Item ſi ignis in ſanguine facit, vt ſurſum recta, non oblique aſcendat, quæ cauſa faciet, vt recta deſcendat, non oblique; fluente enim à

R dex-

dextra nare ſanguine prompte retrahitur cucurbita iecori affixa, vel dextra inciſa humeraria, non cedit autem ſectioni, vel cucurbitæ ſiniſtris, quod autem ignis in ſanguine abundans non poſſit eſſe autor recti deſcenſus, quamuis recti aſcenſus concedatur eſſe, patet, quia ſanguis naturæ ſuæ relictus magis grauitate ſua deorſum fertur, quam ſurſum.

His de cauſis rectitudinis omiſſis ſententiis, probabilior, veroſimiliorque videtur ea, quæ aſſerit, cauſam dicti euentus referendam eſſe ad abundãtiam meatuum, ſiue pororum, qui ſecundum corporis longitudinem à natura diſtributi ſunt, ratione quorum, ſeruata rectitudine, multo plus vacuatur à latere affecto, quam à latere oppoſito, & multo maior fit communicatio, tum vaporum, tum purę qualitatis; ob hanc igitur cauſam phlebotomia ſeruans rectitudinem, plus euacuat de parte affecta, quam de oppoſita. Tripliciter autem hæc ſuadetur ſententia. 1. Ratione quadam à fine petita, & deſumpta: ſollicita enim natura durationis rerum, non ſolum prouidit indiuiduorum caducitati ſeminum creatione, quorum virtute & noua, & viuentia pro veteribus, & pereuntibus ſubſtituerentur, ſed etiam animalia ipſa, ſemina etiã plurima gemina conſtituit, vt ea ope, ab iniuriis externis, facile peritura indiuidua tueretur, dum enim

in-

infortunio vnus oculus, auris, aut brachium perit, altero oculo, aure, & brachio vita ſeruatur, ideo duo quaſi animalia, dextrũ, ſiniſtrũq; in vnum animal coniungens, diuturniorẽ illis vitam comparauit; nec vero ſolũ animalibus, ſed & ſeminibus, ea duplicitate conſuluit, & multoties duplicitatis inopiã numero reſarcit, vt in milio, & in piſcib. videre licet, nam *fabæ, cicera, triticũ*, & cerealia omnia, manifeſtam ſeiunctionem habent, vel per intercedentem membranam, vel denſitatem, vel deniq; appoſitionem citra agglutinationem, ita vt duo latera non ſint continua cumq; huc tendat ea duplicitas, vt diutius talia perſeuerent, neque poſſint perſeuerare, ſi illa duo latera ſimiliter ſibi communicant, mutuoq; conſentiunt, nõ minus, quam partes vnius lateris, quæ inter ſe rectitudinem ſeruant, conficitur neceſſariũ, dictos canales dandos eſſe, credendoſque.

Secundo prędicta ſententia ſuadetur ratione, ab anatomia & ſenſus euidentia deſumpta: in cerebri enim, teſtiumque medulla ductus illi oculis percipiuntur; tanquam anguſtiſſimi alueoli ſanguine pleni, rubenteſque non paucis exiſtimantibus, vaſa eſſe, quæ tamen non ſunt, ſed ſecundum multitudinem meatus alendis partibus cõmunicandiſq; per rectũ materiis creati. Eoſdẽ hos canales in plantis perſpicere licet; ligna enim omnia per lon-

gum facile ſindes, tranſuerſim vero difficillime,non alia de cauſa,niſi, quia ductus ipſi canalium diuiſioni cedunt.

Tertio ſupra dicta ſententia confirmatur ratione ab euentu petita: repente enim & frequenter permutatio fit à dextro pede ad dextrũ,vel brachium,vel humerum, & ab his rurſum,ad dextrum pedem; ad ſiniſtra vero rariſſimum eſt,& tardius, cumque ea cita in rectum traſſumptio per venas & arterias nullum habeat in corpore commeatum, relinquitur, per meatus expoſitos tantum fieri dictam deductionem.

Cur autem communitas vaſis ſecti cum affecto loco magis ab hoc euacuet, clarum eſt, ob quam cauſam commendat Gal. *libr. de tremore cap. 5.* perpetuò communitatem obſeruari; *niſi enim communes venæ ſecentur*, ait Gal. *non ſanabis affectum, perpetuo autem quod ſanum eſt lædes, vacuato nempe vtili, pro noxio ſanguine.* Et ſi petas, *quanam vena cum certis partibus maiorem habeant communitatem*: dico ſuperiores cum brachiorum vaſis, inferiores vero partes, cum crurum vaſis communionem habere nec omnes brachiorum cum ſuperiorib. omnibus, ſed ex cubiti vaſis cum capite, & ceruice humeraria magis, nigra minus, cum pectore, & naturalibus membris, axillaris magis, nigra minus.

Quanam vena cum certis partibus maiori habeant communitatem.

Nec

Nec obſtat, ſi aliquis dicat, venas omnes cõmunicari inter ſe, vt conſtat ex Hip. *libr. de alimento in principio*, cum inquit. *Omnium, quæ ſunt in corpore, vnus eſt confluxus, vnus commeatus, cuncta conſentientia.* Reſpondeo, *communitate non exquiſita omnia membra & vaſa conſentire, at communitate propria, & exquiſita, quæ conſideratur in phlebotomia, & conſiſtit in reſpectu, & commeatu vaſorum nutrientium eadem membra, non omnia communicare.*

Ex his omnibus manifeſte colligitur, quare phlebotomia facta in principio pleuritidis, ſeu cuiuſuis alterius inflammationis internæ, ex eademmet parte affecta, ſeruata rectitudine, & communitate vtiliſſima ſit.

Nec tamen id perpetuo obſeruandum eſt, vt plerique faciunt, ſed cum quibuſdam limitationibus. *Prima* (de qua Græci omnes autores, Paul. Aet. Tral. & cæt.) dummodo humor non fluat à latere oppoſito, quod licet raro, tamen aliquando contingit, in quo caſu maxime iuuat reuellere, per latus oppoſitum, in quo conſiſtit origo defluxionis, & ob eam cauſam fit, vt aliquando in pleuritide ſectio ex latere affecto nihil, ex latere autem oppoſito plurimum profit, quibus ſcilicet humor ex latere oppoſito accedebat. 2. Limitatio, *dummodo inter partem affectam, & venam rectam communem ſecandam, adſit notabilis diſtantia ſuffi-*

ciens ad reuellendum;alias enim magis augebitur defluxio ad partem affectam; Et ob eam cauſam Gal.13.*Meth.cap.*5.vno crure male affecto ſcarificat reliquum, non ſeruans rectitudinem,& altero brachio male habente, ſcarificat crura,non ſeruans communitatem.

Obiectio. Sed cur affecto vno crure, ſecat reliquum, & non ſimiliter, affecto vno brachio ſecat alterum? Dico hoc etiam ita commode poſſe fieri,ac proinde Celſ.*lib.*2.*cap.*10.vno humero male affecto,ab oppoſito brachio,ſanguinem mittit,nec id negat Gal. *loco citato*, ſed ſolum inſinuat, nos in dicto caſu, recte poſſe phlebotomare prætermittendo rectitudinem,aut communitatem.

Num autem magis conueniat eligere rectitudinem aut communitatem, Gal. magis videtur eligere rectitudinem,& ita 13.*Meth. ca. vnd.*in inflammatione iecoris,non apparente vena baſilica, quæ cum iecore cōmunitatem habet, ſecat mediam & rurſus hac non apparente, ſecat humerariam,nec accedit ad ſectionem baſilicæ brachii oppoſiti,quæ maiorem communitatem habet cum iecore,quam vena humeraria partis affectæ,quia ſcil. huius ſectio propter rectitudinem plus poteſt, quā ſectio illius, ob communitatem, quæ ſolutio certior videtur alia,quā tradit Manar. 12.*ep.*5.

Tertia limitatio eſt, *dummodo phlebotomia facien-*

cienda ſit copioſa: nam exigua agitando magis auget fluxum, quem vacuatio non ſedat, & propterea Gal.4.*de ſanit.vltimo* & *libr. de phleb.* 17. monet, vt in eadem die, ſi fieri poſſit, aut ſaltem poſtero repetatur ſectio eiuſdem venæ, vt ſcilicet ſic velociter & integre vacuetur humor in parte affecta contentus; parca enim phlebotomia non euacuat, imo potius agitat, & vicini loci inanitione magis prouocat fluxum, ob quam cauſam ad prouocationem menſium, & hæmorrhoidum ſolent crura ſcarificari.

Iuxta prædictas conditiones rationibus & autoritatibus, quæ pro ſententia Arabum, & aliorum aduerſus Hipp. & Galenum adduci poſſunt, non erit difficile reſpondere. Ad primam dico, quod ſi in principio inflammationis ſola reuulſio cōueniret, ea per partem oppoſitam commodiſſime fieret, iuxta ſententiam Galeni *locis* in obiectione *citatis*, quia vero etiam conuenit vacuatio ratione humoris contenti in parte affecta, ideo pars diſtans eligitur, ſeruans tamen rectitudinem & communitatem cum parte affecta.

Ad Galenum vero 2.*ad Glauc.citato*, docente in affectibus partium ſupernarum, ſanguinem per inferiora eſſe ducendum, in inflammationibus vero, partium infernarum, è contra; Dico, prædictum locum, de externa in-

flammatione eſſe intelligendum, vtpote cubiti, vel humeri, in qua id verum eſt, iuxta ea, quæ diximus in ſecunda conditione obſeruanda, in ſanguinis miſſione facienda, alias enim magis augebitur defluxio ad partem affectam.

Ad 2. dico, non omnes reuulſionis differentias à Galeno 3. *Aphor. citato* numerari, ſed ſolum tres, nempe ante, retro, dextrum ſiniſtrum, ſurſum deorſum; quemadmodum ergo 5. *Meth.* 3. ſolas duas poſteriores recenſet 5. autem *Aph. citato* adiecit primam, ita *lib. de reuulſione*, quartam appoſuit, quæ eſt à centro ad circumferentiam, ſeu ab interioribus ad exteriora.

Ad 3. ex Galeno *lib. de phlebot. citato.* Dico, eum ſolum docere, quod quemadmodum in arthritide vniuerſali, ſic etiã in illis, qui quotannis tempore æſtiuo febribus obnoxii eſſe ſolent, ſine aliquo particulari affectu, ſi redundantiam vacuare ſtudemus, ineunte vere gratia præſeruandi, æqualiter partem quamuis ad ſanguinis detractionem accommodam eſſe, ſiue affectio iam præſens ſit, ſiue non: quibus autem præcipua aliqua pars ſolet affici, non æque conuenire, ex quauis parte ſectionem moliri, eti[illegible] gratia pr[illegible]ſeruandi, ſed requirere certa[illegible] [illegible]acuationi[illegible] [illegible]æ, quemadmodum etiam, [illegible] habe[illegible] [illegible]ffectionem

dictæ

dictæ partis, requirunt vacuationem, non ex quauis parte, ſed ex certo aliquo loco, non quaſi ille locus requiſitus ad vacuationẽ præſeruatiuam, quæ fit morbo non præſente & ad vacuationem curatiuam, quæ fit morbo præſente, idem omnino ſit; In forma ergo ad argumentum dicimus, *eadem remedia ſpecie conuenire morbis imminentibus, q̃ conueniunt morbis præſentibus*, non tamen eadem numero, & ſecundum eandem partem: ob quam cauſam præſente pleuritide, & imminente cõuenit idem remedium, ſcilicet phlebotomia, cęterum diuerſimode; nam præſente pleuritide, debet fieri ex eademmet parte ſeruata rectitudine, & communitate, quia tunc temporis intentio eſt, reuellere ſimul & vacuare, quæ duo cõmodiſſime fiunt per phlebotomiam factam ex eadem parte; at vero imminente pleuritide debet fieri ſanguinis miſſio à parte diſtantiſſima ſimpliciter & oppoſita, quia ſola requiritur reuulſio, quæ à parte oppoſita commode exercetur, iuxta ſententiam Galen. 4. *Meth. 6. & lib. 5. cap. 3.*

Ad 4. dico pro Galeno, ad partes infernas defluxionem fieri à vaſis & membris communicantibus cum illis, quæ etiam inferna ſunt, quare per hæc euacuans Galen. reuellit ad originem defluxus. Vere tamen rem expendendo, opinor, ad partes infernas potiſſimum

fieri defluxionem, à partibus ſupernis, in quibus continetur fons & origo ſanguinis, & quę multo plus ſanguine abundant, qui propter ſuam grauitatem aptiſſimus eſt, ferri ad partes infernas: quare commodius videtur, *quod noſtris temporibus obſeruatur, inflammatis ſcilicet partibus infernis, vt pote, ſcroto, vtero, inguinibus, & in ſciatica ſectionem facere à partibus ſupernis, vtpote à brachio; præcipue ſi adſit in corpore plenitudo, non autem à pede*, quod Galenus faciebat, & Hipp. *6.Epid.* & ita Paul. *lib.3.cap.64.* in inflammatione vteri, & *cap.67.* in ſciatica à brachio phlebotomat. Idem facit Aet. *libr.14.cap.21.* & *30.* quibus accedit, quod velox ſimul & copioſa vacuatio, qualis vt plurimum eſt, quæ requiritur incipientibus inflammationibus, nō ſolet commode fieri ſecta vena in pede; ab hoc enim, ſanguis paulatim exire ſolet, & in pauca copia ob tenuitatem venarum & illius.

Ad 5. ex Gal. *13. Meth. citato,* & ex Celſ. *libr. 2. cap. 10.* iuxta tradita in 2. limitatione, reſponſum manet.

Ad 6. ex Paulo dico, in inflammationibus, in quibus ſcilicet iam ceſſauit defluxio, & intentio eſt ſolum vacuare, phlebotomandum eſſe ab ipſa parte affecta, vel per particulam ei vicinam, vt *ſupra* dictum manet *in initio huius quæſtionis*: at in inflammationibus recens na-

tis,

tis,ſectionem faciendam eſſe ex oppoſito, id eſt,ex parte diſtanti,quæ oppoſita ſit parti affectæ,aliquo contrarietatis modo, ex his quatuor *ſupra* relatis, nempe ante, retro, intra extra,ſupra,infra,&c. & hoc ſolum voluit Paul, *loco citato.* Ad Aetium vero,dico,eum nõ loqui ex propria ſententia,alias n.ſibi cõtradiceret.

Ad vltimam Veſalii exiſtimantis in pleuritide quatuor primarum coſtarum vtriuſq; lateris,à baſilica lateris affecti, ſanguinem mittendum eſſe: at ſi à quarta coſta deorſum inflammatio fit, perpetuo à baſilica dextra ſanguinem mittendum eſſe, quia octo coſtæ infernæ,tam dextræ, quã ſiniſtræ nutriuntur ex vena ſine coniuge; quæ à dextra parte venæ cauæ oritur, quare cum dextra axillaris rectitudinem habeat cum vena ſine cõiuge in dextro latere ſita nutriente per quoſdã ramos & propagines octo coſtas infernas,cõcludit Veſal. iis coſtis inflãmatis,à dextra baſilica vacuãdum eſſe, per hãc enim melius materia inflãmationem faciens, retrahetur & vacuabitur, quam per baſilicã ſiniſtri lateris, qa vt dictum eſt, baſilica dextra directius reſpicit venã illã ſine cõiuge,quam baſilica ſiniſtra. Omiſſis experientiis & imaginationib. Amati *1. & 2. cent.* probabilius videtur dicendum, venam cauã, poſtquam venam ſine coniuge produxit, ad iugulũ aſcẽdere, & ibi vtrinq; ex parte dextra & ſi-

& ſiniſtra, diuidi in duos inſignes truncos, quorum alter brachium perreptat conſtituēs venam axillarem, ad cuius radicem ex vtraque parte gracilis vena enaſcitur, deorſum emittens propagines quaſdam nutriētes quatuor coſtas ſupremas; cum autem hi rami, ſiue hæ propagines finibus ſuis communicent cum ramis venæ ſine coniuge, proxime ceſſantibus & nutrientibus octo coſtas infernas, proinde fit, vt ſectione ſiniſtræ axillaris hauriatur ſanguis contentus in illa gracili vena, quæ orta ad radicem ſiniſtræ axillaris per ſuos ramos nutriebat primas quatuor coſtas ſiniſtras, & propter vicinitatem,& communitatem, quam ii rami habent,cum ramis venæ ſine coniuge, in parte ſiniſtra nutrientibus octo coſtas infernas,fit,vt illis ramis nutrientibus quatuor coſtas ſiniſtras inanitatis per ſectionem baſilicæ ſiniſtræ inaniantur etiam rami nutrientes octo coſtas infernas ſiniſtras. Quod autem dicti rami nutrientes quatuor coſtas ſupernas & octo infernas, licet non coeant finibus ſuis,id eſt, licet non continuentur,tamen per *poros* ſibi mutuo humores tranſmeent, patet, quia ſimiliter à venis quibus nutritur vterus, tranſmeat ſanguis ad eas, quibus nutriuntur mammillæ, & à vena portæ in venam cauam tranſmittitur ſanguis craſſus per medios poros carnis iecoris. Cum igi-

igitur cauſa, quare ſeruata rectitudine plus vacuetur à latere affecto, nec ſit rectitudo fibrarum venæ ſectæ, nec ſitus humoris intra cauitatem venæ, ſed vt explicatum eſt, ſit *multitudo pororum*, qui diſſeminati ſunt per corpus, ſecundum illius longitudinem, per quos humor à parte affecta trãſmittitur, ad venam ſectam: patet ex iis omnibus, nil mirum eſſe; ſi à latere affecto in pleuritide per poros trãſmittatur humor, ſecundum rectitudinem, ad ramos venæ vicinæ, & ita ſecta vena ex brachio eiuſdem partis commodiſſime vacuetur. Ex quibus omnibus conſtat *in principio inflammationum internarum, vacuandum eſſe ex parte diſtante, ſeruando rectitudinem & communitatem, cum parte affecta; id tamen non eſſe perpetuo obſeruandum, ſed cum tribus limitationibus ſupra traditis, in inflammationibus autem partium infernarum, præcipue ſi adſit in corpore plenitudo, multo ſecurius eſſe ex brachio vacuare, quam ex pede ſaltem inter initia.*

Reſtat *vltimo* in hac quæſtione explicare, ſi adhuc non adſit inflammatio aut affectio, ſed ſolet aduenire, ſi per phlebotomiam velimus à tali affectione præſeruare, à quo nam loco vacuandum ſit? Ad quód reſpondẽdum eſt cum Hippoc. & Galen. 2. *de natura humana comment.* 14. vacuandum eſſe ex parte diſtantiſſima, & ita Gal. *lib. de phlebotomia cap.* 19. agens

de

de vacuatione, quæ fit gratia præſeruationis podagræ, obnoxios ex brachio euacuat, ſolitos autem incurrere vertiginem, aut epilepſiam, ex cruribus, ſic enim natura aſſuefacta demandare ad partem diſtantiſſimam quam ſecamus, deſueſcit à priori illa, & praua conſuetudine, quam antea habebat, ad partem enim ſecari ſolitam, ſolet natura demandare humores, cum primum in corpore abundant, argumento allato etiam ab Auer. 4. *colli.* 10. quod ſoliti phlebotomari in brachio, cum primum adeſt plenitudo, ſentiunt pruritum in ea parte brachii, quæ ſecari ſolebat. Similiter contingit iis, qui ſunt aſſuefacti in fronte venæ ſectioni, & aliis partibus corporis, vt Aethiopibus.

QVÆSTIO VI.

Vtrum ſanguinis miſſio, in grauidis aliquando poſſit exerceri.

Negatiua. PArs negatiua huius quæſtionis expreſſe habetur apud Hippocratem 5. *Aphor.* 31. vbi nulla prorſus adhibita diſtinctione, præcipit grauidæ mulieri non eſſe mittendum ſanguinem, quia ſtatim ſequitur aborſus, & magis, quo fœtus grandior eſt, cauſam tradit Galen. *in comment.* quia per talem ſanguinis miſſionem ſubtrahitur alimentum fœtui.

Affirmatiua. Contra tamen, quod multæ ſint grauidæ,

quæ

quæ ſanguinis miſſionem citra noxam tolerent, docet quotidianum experimentum, relatum à Celſ. *lib. 2. cap.* 10. imo compertum eſt, multas fuiſſe; quæ cum pleuritide, peripneumonia, angina, & id genus aliis morbis acutis correptæ eſſent, non modo aborſum perpeſſę non ſunt, ſed euidentiſſimam vtilitatem ex ſecta vena ſenſerunt, idq; non ſolum in primis menſibus, quo tempore tum Hip. tum ratio ipſa, minus etiam periculi fore teſtantur, ſed ſexto, & ſeptimo quoque menſibus, cum fœtus iam grandior exiſteret. Quibus quidē experientiis commoti nonnulli, maluerunt potius Hippoc. mendacii arguere, quā ingenue inſcitiam ſuam fateri, aut paulo diligentius eius rei cauſam rimari, parum certe memores, quod Galen. noſter 4. *de ſanitat. cap.* 5. monet, *veterum ſcripta diligenter eſſe inſpicienda*, & quod 2. *de cauſ ſympt.* 8. ait, *amice magis & candide interpretari, at diſtinguere, q̃ hoſtiliter inſectari & redarguere.* Alii in varias abierunt ſentētias, varioq; modo interpretātur Hip. *loco ſupra citato*, negātem ſanguinis miſſionē vtero gerentib⁹, & in primis Muſa interpretatur, Hip. illis verbis nō ſimpliciter prohibere grauidis venę ſectionē, vbi op⁹ ſit, ſed eū potius monere voluiſſe contendit, ne in iis, quę vterū ferunt, temere venā ſecemus, propter periculum aborſus, q; ſanguinis miſſionem comitatur: quæ quidem inter-

interpretatio nullo modo videtur recipienda, cum palam omnibus ſit, Hippoc. *ſimpliciter* ne grauidis ſanguinem mittamus, prohibere.

Opinio autoris. Hac ergo & aliis relictis interpretationibus, vt Hippocr. à quorundam calumnia tueamur, dicendum eſt, eum *prædicto Aphor.31. libri quinti* ad integras effatuque dignas, & quæ ſuo ſuo tempore vſitatæ fuerunt, reſpexiſſe venæ ſectiones; conſtat enim antiquos Medicos tantum ſanguinis per venæ ſectiones detraxiſſe, vt illas adeo parcas & exiguas phlebotomias, quibus hodie vtimur, ne ſcarificationis nomine comprehendere voluiſſent, quemadmodum conſtat ex multis Galeni locis, vbi de menſura extrahendi ſanguinis agit. Nam *libr. de ſang. miſ. 14.* inter cætera ſic ſcribit: *Memini quibuſdam ad ſex vſque lib. ſanguinem detractum fuiſſe, ita vt febris protinus extingueretur.* Itē *capit. 12. eiuſdem libr.* & *9. Meth. cap. 4.* in acutis & continentibus febribus ſanguinem vſque ad animi defectionem mittendum eſſe tradit. *Præterea* idem Galen. *libr. de venæ ſect. aduerſus Eraſ.* ſcribit, quoſdam fuiſſe, qui certam quādam ſanguinis miſſionis menſuram, eamque moderatam tradentes duabus cotylis atticis

Cotyla attica quid. conſtare dixerunt, patet autem vnam cotylam atticam continere *ſeptem vncias ponderales cum dimidia*, ita vt duæ cotylæ atticæ ſint vnciæ

pon-

ponderales quindecim; ex quibus omnibus palam fit, noſtras venæ ſectiones collatione facta ad illas, quibus veteres vſi ſunt, exiguas admodum eſſe, ita vt vix (vt *ſupra* dictum manet) ſcarificationes appellari mereantur: ob quam cauſam, cum antiqui de venæ ſectione loquuntur, aiuntque quædam corpora eam admittere, quædam vero minime, illam ſanguinis miſſionem intelligunt, quæ notatu digna ſit, vnde deducitur, non eſſe mirandum, Hip. ſimpliciter prohibuiſſe, ne grauidis ſanguinem mitteremus, ſolum enim reſpexit ad eas ſanguinis detractiones, quæ ſuo tempore vſitatæ fuerunt, quo pacto vera eſt eius ſententia; per tales enim effatu dignas ſanguinis detractiones, ſubtrahitur alimentum fœtui, ex cuius defectu facilime ſequitur aborſus, idque magis accidit, quo fœtus auctior fuerit, quanto enim fœtus maior eſt, tanto plus alimento indiget.

Quod ſi ad eas reſpexerimus venæ ſectiones, quæ hodie conſuetæ ſunt, non eſt dubium, quin citra omne periculum, iis etiam in grauidis vti liceat, modo virtus, ætas, corporis habitus, & cæli ſtatus hoc ipſum permittant.

Et ſi aliquis *vltimo* petat in hac quæſtione, vtrum in grauidis angina, pleuritide, & aliis ſimilibus affectib. correptis liceat vti ea etiam ſanguinis miſſione, qua veteres vtebantur?

Reſpondendum eſt, eam commode poſſe exerceri, ſi neceſſitas *valde* vrgeat, reliquaque iam dicta conſentiant: nam cum vtrinq; immineat periculum, à morbo nimirum matri, à venæ vero ſectione fœtui, certe indicationi, quæ à morbo ſumitur, magis inſeruire oportet, præſtat enim per venæ ſectionem à morbo vendicare matrem, quam ea neglecta, & matrem & fœtum perire.

QVÆSTIO VII.

Vtrum purgatio poſſit fieri in principio morbi.

Pro negatiua autoritates.

VEtus controuerſia eſt, & à Medicis ſatis agitata, vtrum in principiis morborum, materia non turgente, licitum ſit Medico vti purgante medicamento: & in primis iuniores quidam artis medicæ, inque Galen. ac Hipp. doctrina admodum eruditi (in quorum numero eſt Antonius Muſa 1. *Aph.* 22.) ex eorum intentione, in pleriſque locis tueri conantur, nullo pacto ante coctionem (niſi materia turgeat) vtendum eſſe in morborum principiis purgante medicamento, etiam eo, ex quo materia diminuitur, quod quidem hodiernis temporibus, minoratiuum medicamentum appellant, illudque tum autoritatibus, tum rationibus contendere non deſinũt, & 1. autoritate Hip. 1. *Aphor*, 22, ex cuius textus

tus verbis colligitur, Hip. vniuerſaliter exiſtimaſſe, humores crudos nullo pacto eſſe vacuandos, & ſicut excipit turgentiã humoris, ſi aliqua alia foret expurgandi occaſio, illam deberet excipere. *Præterea* tam multis in locis, tam diuerſis tam conſtanter hoc idem ab Hip. & Gal. ſcriptum eſt, nullius alterius expurgãdi temporis facta mentione, vt hinc haud dubie videatur conſtare, hanc fuiſſe illorum ſententiã, habetur hoc 1. *Aph.* 24. idem 4. *Aph.* 10. idem 4. *de ratione victus comment.* 43. & 22. idem denique *lib. quos & quando*, vbi paſſim apud Gal. ea ſententia reperitur, & 8. *local.* 5.

Rationibus deinde eadem ſententia ſuadetur: *prima: tunc erit exercenda vacuatio ſeu purgatio, quando ea melius poteſt ſuccedere; ſed humore iam cocto melius ſuccedit, quam ante coctionem: Ergo perpetuo poſt coctionem erit facienda.* Minor probatur, quia poſt coctionem habemus naturam adminiculantem, ante vero, valde renitentem expulſioni; Ergo ſi tunc temporis fiat vacuatio, ſimilia ſequentur ſymptomata illis, quæ fiunt dato pharmaco homini ſano. Nec facit aduerſus hanc rationem, quod nonnulli obiiciunt, ſcilicet ex ea ſequi etiam humorem turgentem non poſſe vacuari in principio. Non, inquam, facit, quia humor turgens, non retinetur à natura, imo potius natura vult expellere illum, vel propter eius multitudinem, vel eius acrimoniam. *Ratio* 1.

 2. Ra-

2. Ratio, *humorum concoctio in venis aſſimilatur concoctioni inflammationis, ſed ea, quæ inflammata ſunt, ante coctionem, nec medicamento, nec aliter ſoluuntur; Ergo idem continget in morborum initiis.* Maior eſt Galeni 3. *de præſag. expulſ.* 6. *& 1. de differentiis febr.* quibus locis confert prædictas concoctiones: conſequentia eſt bona: minor vero colligitur ex Hipp. *4. de ratione victus tex.* 22. in cuius *commento* Galen. transfert ſententiam ad omnes morbos, pendentes ex materia, quæ debeat coqui. Colligitur etiã eadem minor ex Albuc. *lib. 2. cap.* 4. vbi docet tumores apertos ante integram maturationem humoris, ſi inſalubres ſint, perimere; ſi vero ſalubres extiterint, tardiſſime curari.

3. Ratio, *quandocunque humor requirit coctionem ſi expurgetur ante illam, talis expurgatio prolongat morbum* (tantum abeſt, vt iuuet) *ſed humor quandiu eſt crudus, & non turgens, requirit perpetuo coctionem: Ergo ſi expurgetur ante illam, prolongabitur morbus:* Maior probatur ex Galeno 4. *de ratione victus commento* 44. vbi demõſtrat purgationes concoctionibus aduerſari, quia concoctioni confert quies & modicus calor, medicamenta autem purgantia, non ſolum calida ſunt, ſed etiam valde mouent corpus.

His tamen non obſtantibus, ad propoſitam quæſtionem ſequenti reſpondebimus concluſione. *In principio morbi, materia exiſtente*

cruda,

cruda, nullo pacto purgatio fieri poteſt, quæ licet tum autoritatibus, tum rationibus ſupra poſitis probata maneat, quatuor tamẽ patitur limitationes, quarum *prima* eſt; *dummodo materia non turgeat*, deſumitur autem hæc limitatio ex doctrina Hipp. & Gal. 1. *Aphor.* 22. & 4. *Aph.* 1. & 10. & *lib. quos & quando cap.* 5. *Limitationes.* I.

Pro huius autem limitationis intelligentia, duo ſunt explicanda: primum, quid ſit turgentia humoris. 2. Cur humor turgens ſtatim debeat expurgari. De primo, nonnulli exiſtimant humorem multipliciter turgere, ita vt non ſolum dicatur turgere, quando impetuoſe mouetur, ſed etiam quando nimia quantitate, vel deleterea qualitate, aut loci dignitate peccat. Cæterum apud Galenum & Hippoc. *locis citatis*, nunquam dicitur humor turgere, quando quieſcit, ſed ſemper requiritur illius motus. Patet hoc, quia vocabulum *turgentia*, deſumpſit Gal. ex animalibus ad venerem incitatis, cum enim œſtro libidinis incitantur, turgent, & irrequieto motu mouentur ad ſeminis excretionem, *non aliter materia in noſtro corpore exiſtens* (ait Gal.) *quando turget, de loco in locum mouetur, nullam firmam ſtationem habens, adeo vt ægrotantes grauiſſime infeſtet*; multitudo autem humoris ingens, ſine vllo motu dari poteſt, ſimiliter & deleterea qualitas; non ergo recte includuntur, nomine turgentiæ. *Quid ſit turgentia humoris.*

Alii opinantur ad turgentiam humoris ſufficere, quod humor incipiat moueri, aut artis, aut naturæ beneficio, quam ſententiam inuexit Alexander Tral. *lib. 12. cap. 6.* & docet, procedente morbo humorem turgere, quoniam cum per initia eſſet immobilis, tãdem aliquo modo agitari incipit, deſcendens modo ad os ventriculi, & inteſtina, modo ad articulos & cutim, vnde valde queritur hanc vacuandi opportunitatem à Medicis prætermitti.

Sed refellitur, quia ſi tam leuis agitatio & motus humoris ſufficeret, vt materia dicatur turgere, ſequeretur (quod nullus autorum conceſſit) ſimpliciter non eſſe vacuandũ, in quouis morbi tempore, niſi turgẽte materia: nam *ante omnem vacuationem oportet, corpora fluida facere reſerando meatus, & attenuando humores,* iuxta doctrinam Hip. & Gal. 2. *Aph. 9.* ad quæ ſequitur dicta agitatio humoris, quam aſſerunt ſufficere, vt dicatur turgere; Item ſequeretur, tempore paroxyſmi in febribus interpolatis, & in febribus continuis, in exacerbatione eſſe purgandum, quia tunc adeſt motus humoris, & agitatio eiuſdem; quę omnia, cum abſurda ſint, videtur opinio hæc prorſus reiicienda.

Qui humor turgeat. His ergo & aliis, de turgentia humoris relictis opinionibus, dicendum eſt iuxta Hipp. & Gal. illum humorem dici turgere, *qui per omnes*

nes corporis partes, vel ſaltem principales cum titillatione & moleſtia mouetur, non dum firmam ſtationem & ſedem in aliqua parte habens: vnde conſtat, ad potiſſimam humoris turgentiam, tres requiri conditiones: *prima, vt moueatur per totum, vel ſaltem per membra principalia*: & hæc traditur à Galeno 4. *Aph. 10. Secunda, vt moueatur cum moleſtia*, & hæc traditur ab eodem 1. *Aphor. 22. Tertia, vt non habeat firmam ſtationem in vno membro*, & hæc traditur ab eodem *citato*, & 8. *local. 5.* *Turgentiæ conditiones.*

Quod vero attinet, ad cauſas, ob quas materiæ turgentes debent ſtatim expurgari, non expectata coctione, quatuor recenſentur à Gal. 4. *Aph. 10.* & 1. *criſ. 9. Prima*, ne materia mota decumbat in membrum princeps. *Secunda*, quia tum ex parte humoris moti, tum etiam ex parte naturæ irritatæ, pharmaci operatio plurimum iuuatur. *Tertia*, ne vires debilitatæ, poſtea non tolerent purgationem. *Quarta*, ne febris per motum augeatur. *Cur materia turgentes ſtatim debeant purgari.*

2. Limitatio ſuprapoſitæ concluſionis eſt; *dummoda materia non ſit tanta, vt ægro minetur perniciem*: hanc videtur tradere Galenus 2. *Apho. 29.* vbi inquit: *Melius eſt, in principio vacuare, quo minorem iam factam materiam facilius poſſit natura concoquere*; & ob eam cauſam ait Hipp. *citato*, *inchoantibus morbis, ſi quid videtur mouendum, moue*: Eandem limitationem videtur tradere *2. Limitatio.*

Auic.1.4.*trac*.2.*cap*.6.dicens, *& ſimiliter ſi times victoriam humoris, &c.* Rationibus deinde eam ſic confirmo: *Prima ſi aliquis laboret febre, & crudus adhuc ſuccus ſit cæterum in tanta copia, vt nulla ſit ſpes victoriæ naturæ ſupra humorem, niſi aliquantulum deoneretur, nec alia ſe exhibeat deoneranda naturæ via præter expurgationem, quid faciendum?* Multi dicunt, minime purgandum eſſe, ſed quod relinquendus ſit prognoſticis, vt inſanabilis, qui hoc malo conſtitutus eſt, iuxta illud Galen.2.*Aph.29 .recordantibus nobis, quod deploratos non oportet attingere*, ne ſcilicet, vt idem docet, *vnd. Meth.9.* apud vulgus infamentur remedia, quæ multis fuere præſidio: & 12. *Meth.3.facta*, inquit, *prædictione ab omni medicamento abſtinebis egregio, immunemque te à calumnia ſeruabis.* Verumtamen hæc ſolum videntur habere locum in morbis à toto genere lethalibus, omninoque & ab arte, & à natura deſperatis: conſtitutio autem illa ſupraposita, non adeo grauis exiſtimanda eſt, vt oporteat ægrotantem deſtitui, & ſolis prognoſticis relinqui, quin potius & prudens & pium videtur conſilium, quod Galenus ipſe commendat 10.*Meth*.10. *Melius eſt*, inquit, *remedia, etſi periculoſa tentare, quam ægrum certæ morti relinquere:* & *paulo inferius*, ſic habet; *quanto itaque ſatius eſt, aliquid, bona cum ſpe facientes periclitari, quam ſine ſpe certo perire, tanto ſatius eſt potentibus præſidiis pugna-*

pugnare, quam nihil agere. Idem etiam conſuluit Celſ. *lib. 2. cap. 10.* qui de ſimili quodam agens diſcrimine, *ſatius eſt*, inquit, *anceps auxiliū experiri, quam nullum*: propter quas rationes in dicto caſu commodiſſime poterit exerceri purgatio, quo minorem, vt dicebat Gal. iam factam materiam, natura poſſit facilius concoquere. *Secundo* probatur dicta limitatio, quia quantitas ſupra modum aucta eadem poteſt inferre mala, quæ turgentia humoris: Ergo ſi in hac quandoque purgare cogimur ante coctionem, etiam in illa pariter cogemur; veritas aſſumpti apparet diſcurrendo incommoda, quę turgẽtes humores poſſunt inducere, ea autem ſunt quatuor *ſuperius* enumerata, imminere autem eadem crimina in materia plus iuſto aucta, clarius eſt, quam vt probatione egeat, vires quippe ex immenſo pondere labeſiunt, calor febrilis cæteris paribus in maiori materia eſt maior: Item ſi humores totum corpus opplent, etiam membra principalia attingent; ſi igitur hæc pericula cogunt nos eadem die turgente materia euacuare, cogent nihilominus, ea ſupra modum aucta. *Tertio* probatur eadem limitatio, quia ſi quis recte conſideret, facile agnoſcet, copiā immodicam magis indicare vacuationem, quam turgentiam; nam turgentiæ poſſumus alio modo occurrere, reprimendo videlicet

motum, alterando calorem, & membra principalia roborando: Immodica vero repletio nullum habet magis præſentaneũ remedium, quam vacuationem.

Inſtantia. Cæterum dicet aliquis, quod *cum natura humores crudos ad coctionem retineat & amplectatur, in tali purgatione euacuabitur plus vtilis, quam inutilis, ac proinde reproba erit.*

Reſponſio. Ad hanc inſtantiam, dupliciter poſſumus reſpondere: *Primo*, quod licet hoc ita ſit (quãuis dubio non careat) tamen illud ſæpe videmus accidere, in phlebotomiis valde proficuis, vt ſcilicet plus vtilis, quam inutilis extrahatur; *nulla enim eſt vacuatio ita omni ex parte bona, quæ nullatenus obſit.*

Secundo poſſumus dicere & melius, quod natura multoties adminiculatur vacuationibus humorũ, licet non turgeant, nec ſint concocti; fieri n. poterit, vt natura humorẽ aliquẽ propter malitiã velit expellere crudum, & tamen propter multitudinẽ mouere non poſſit, quo tempore conſtat, humorẽ non turgere, cum moueri non poſſit, & tamen natura tunc adminiculatur expulſioni; cum non retineat; Ergo ratio illa, propter quam interdicitur vacuatio in multitudine parum valet.

3. *Limitatio.* *Tertia* limitatio, *dummodo materia morbifica non ſit venenoſa & peſtilens*; talis enim ſi fuerit, niſi ſtatim in principio morbi purgetur, cor, vel

vel aliud membrum principale petens, vlti- *Eius auto-*
mā afferet perniciem; quam quidē limitatio- *ritates.*
nem videtur innuere Gal. 5. *Meth.* 12. agens de
conſtitutione peſtilenti, quæ ſuo tempore vagabatur, refertque, ſolum illos ex immani illa peſtilentia euaſiſſe incolumes, qui vel per vomitum, vel per deiectionem, vel alio quouis modo purgati fuerunt. Eandem limitationē tradit Auic. 1. 4. *trac.* 4. *ca. de cura febris peſtilentis*, iubens in principio talis febris ſtatim vacuare, tum per phlebetomiam, tum per purgationem, propter venenoſitatem humoris à quo pendet. Eadem ſentētia legitur apud Manardum, 13. *epiſt.* 1. *de peſte*, quæ magna cum nobiliū ſtrage Ferrariæ peruagata eſt, admiraturq; ibi Medicos in peſtifera lue purgationem in initio negligentes. Rationib. deinde confirma- *Rationes.*
tur prædicta limitatio. *Prima: Morbi, quo ſunt a-* 1.
cutiores & velociores, eo remedia velocius expoſcunt; ſed peſtilentes febres acutiſſimæ ſunt, & velociſſime mortem inferentes: Ergo eadem die purgationem deſiderabunt, ita vt tardare peſſimum & valde periculoſum ſit. *Secunda* ratio: *iudicia, quæ in peſti-* 2.
lentia fiunt, vt plurimum ad mortem potius, quam ad ſalutem tendunt, ipſa comprobante experientia: Ergo in initio peſtilentium morborum melius eſt, omnia vacuantium genera exercere, quam iudicium peſſimum expectare.

Vltima limitatio eſt: *dummodo materia non* 4. *Limitatio.*
de-

decumbat ad aliquem locum præcipuum, tunc enim non ſpectata concoctione purgandum erit. Hanc limitationem videtur tradere Galen. 4.*acut.*79. vbi ſic habet: *Nam ſtatim ab initio priuſquam in partem aliquam confirmentur humores, medicandum: quam ob cauſam, & prima interdum die, & ſecunda, medicamenta dedimus*: & 13.*Meth. cap. vnd.* incipientes ophthalmias in initio purgat & ſanat.

Autoritates.

Iuxta prædictas limitationes facilis erit reſponſio ad autoritates & rationes, quibus in initio quæſtionis nonnulli conabantur probare, in principiis morborum, nunquam licere Medico vti purgante medicamento, niſi quando materia turget, licet enim hoc ab Hippoc. & Galeno vniuerſaliter aſſeratur, tamen dicendum eſt, *illis frequentiſſimum eſſe proponere vniuerſales, & doctrinales ſimpliciter veras, & regulariter in praxi obſeruandas, quæ tamen cedunt alteri præcepto vniuerſaliori, & principaliori, quod iubet ſubueniendum eſſe ei, quod magis vrget: quare in principio morbi pendentis à nimia materiæ quantitate, aut ab eiuſdem deleterea qualitate regulariter quidem & per ſe, non conuenit purgatio*, propter rationes in initio quæſtionis adductas, *cum hoc tamen ſtatim cogimur purgare, gratia euitandi maius malum*, timemus enim materiam ob ſui malitiam ægrum interempturum, niſi ſtatim vacuetur, quod ſimiliter intelligēdum eſt,

Opinio autoris, an ſit in initio purgandum humore etiam non turgente.

eſt, in aliis duobus caſibus dictis, quam ſententiam certiorem eſſe, & noſtris temporibus potius obſeruandam opinor, præcipue cum abundemus pluribus medicamentis purgantibus benedictis, quorum defectus reddebat apud antiquos purgationem factam ſine ſignis coctionis valde periculoſam.

Ad primam ergo rationem in oppoſitum adductam; Dico eam ſolum concludere id, quod in cura regulari eſt faciẽdum, cum hoc tamen ſtat in cura coacta commode poſſe fieri purgationem in quatuor dictis caſibus, licet materia ſit cruda, ob dictas rationes. *Reſponſio ad 1. rationem in oppoſitum adductam.*

Ad 2. reſpondeo, Hipp. 4. *Aphor. citato* loqui non de vacuatione humoris per vaſa totius, ſed particulariter de vacuatione humoris cõtenti in parte inflammata, in qua, cum ſummam fixionem habeat & quietem, non permittitur merito eius vacuatio ante integram coctionem, & ob eam cauſam Gal. 8. *local.* 5. in inflammatione non permittit vacuationem, niſi poſtquam concocta fuerit, & declinauerit. Et ſi petas, quare tunc temporis exhibeatur pharmacum purgans, ſiquidem morbus iam declinat? & nullum adeſt mortis periculum? Reſpondeo, id fieri, vt morbus citius terminetur, & vt præſeruemus ægrum ab aliis affectibus in quos poteſt incidere, ſi materiæ non fiat vacuatio. *Ad 2.*

Ad

3. Ad vltimam dico, eam eſſe intelligendam, ſeu locum habere in cura regulari, non autem coacta, vnde in quatuor caſibus dictis, purgatio humoris crudi non prolongabit morbum, imo vero abbreuiabit, & minus periculoſum reddet, vt patet ex dictis.

Num autem in cura regulari conueniat aliquando purgatio in augmento, an neceſſe ſit ſpectare ſtatum? Gal. *1. Aph. 22.* non ſolum expectat ſtatum, ſed vltimam partem ſtatus; quo tempore humor iam perfecte concoctus eſt; ratio id ipſum ſuadet, quia tunc temporis habemus naturam adminiculantem, ſeu adiuuantem humoris expulſionem, temporibus autem præcedentib. retinentem. His tamen non obſtantibus, probabilius videtur aſſerere, per augmenti interualla cõuenire euacuationem *minoratiuam*, quæ euacuet partem humoris iam concoctã, oſtenditur hæc ſententia, *Primo* quia in augmento ſæpe fit criſis bona, licet non optima, *3. criſ.* quare ſimiliter poterit humor in augmento commode vacuari *minoratiue. Secundo* quia *4. acut.* 44. ſolum prohibetur purgatio præſente ſumma cruditate, quæ in augmento non reperitur. *Tertio* quia *loco citato tex.* 45. conceditur purgatio, vbi vrinæ nebuloſæ ſunt, quod denotat morbi augmentum. *Quarto* quia morbi humidi, quales ſunt illi, quibus per augmentum iungitur aliqua

qua notabilis vacuatio, multo ſalubriores ſunt ſiccis, quare ſimiliter iuuabit vacuatio artificialis, partis illius, quæ iam concocta eſt.

Nec contradicit huic ſententiæ Gal. *1. Aph. citato* expectans ad purgationem vltimā partem ſtatus, nam illud ſolum videtur habere locum in morbis ſaluberrimis; in periculoſis tamen iuuat, vt dictum eſt, apparente coctione vacuare, maxime noſtris temporibus, cum abundemus purgantibus benedictis, quæ nec valde intemperant, nec valde commouent corpus. Vel potius dico, Galenum, quando ad vacuationem expectat vltimam partem ſtatus, de purgatione eradicatiua intelligendum eſſe, quę præcedentibus temporibus fieri nequit, quia agitat, & commouet humores quietos, qui ad vacuationem inepti ſunt.

QVÆSTIO VIII.

Num purgatio certi humoris per medicamenta fiat ob ſimilitudinem in ſubſtantia.

SOlent Doctores quærere, vtrum medicamenta purgantia certos humores trahant illos à ꝓprietate occulta, an v. propter ſimilitudinem in ſubſtātia: in qua ꝗdem quæſtione varii in varias abierūt ſententias. Et in primis, nonnulli opinātur, *medicamēta purgantia, nō trahere*

bere ſuccum ſibi familiarem, ſed in illum conuerti, & rurſus ab aſſumente expelli bilem aut pituitam, ſicut contingit ab aſſumptis bilioſis cibis billioſa vomi, aut per aluum egeri. Quæ quidem ſententia, cum ſatis abſurda ſit, illa ſolum ratione repudianda erit, quia ſequeretur, morbū bilioſum, genita maiori bilis copia magis exacerbari, quod ſimiliter de quouis alio morbo intelligendum erit.

Ariſtotelis. Ariſt. 1. *prob.* 43. exiſtimat, quod cum medicamenta purgantia ventrem ingrediuntur, reſolutaque ſunt, ſtatim ad venas per eaſdem ferri vias, per quas permeat cibus, mox cum nihilō concoqui potuerunt, rurſus expelli, trahereque ſecum humores obuiantes. Sed hæc etiam opinio (ſalua tanti viri pace) ex eo refellitur, quia ſic pharmaca purgantia non plus vnum humorem, quam alium, imo vnūquemque indifferenter traherent; ſi enim ſolum euacuant, quia quando expelluntur à venis, trahunt humores obuiantes ſecum, ſequitur, quod indifferenter vacuabunt quoſuis humores obuiantes, cuiuſuis generis ſint, quod quidem falſum eſt, & contra quotidianum experimentum, & late refellitur à Gal. 1. *de naturalibus facultatibus cap. 13.* & *libello de purg. medicamentis* 2.

3. Opinio. Alii (in quorum numero ſunt quamplurimi Heraſiſtrati & Aſclepiadis ſectatores) ſibi per-

perſuadent, vnumquodque medicamentum indifferenter trahere quemuis ſuccum, adiicientes, ex humoribus, primo tenuiſſimos, deinde craſſiores, vltimo magis craſſos vacuari, & propter potentias medicamentorum fieri, vt hoc euacuet bilem, illud melancholiam, qui quidem (tanquam in re apertiſſima mentientes) multis conuincuntur rationibus. Prima & præcipua à Galen. deſumpta *locis citatis*, quia qui morbo regio laborant, dato medicamento expurgante bilem, & qui hydropem aſcytem patiuntur, dato medicamento, quod aquam euacuet ſæpe vnica exhibitione ſanantur: attamen exhibito medicamento, quod atram bilem expurget, tantum abeſt, vt ſanentur, quod etiã valde periclitentur, quod non contingeret, ſi vnumquodque medicamentum quoſuis humores indifferenter traheret. *Secundo* refellitur prædicta ſententia, quoad poſtremam partem, quia ſic in purgãtibus perpetuo medicamenta purgantia bilem, minimam humoris copiam educerent & educentia melancholiam maximum, quia ante bilem non eſſet opus vacuare aliquem alium ſuccum, ante melancholiam vero eſſet opus purgare bilem, aut pituitam, quod aliter contingit in opere; nam euacuantia melancholiam modicum & craſſum, & euacuantia bilem, multum expurgant. *Vltimo* refellitur

T ca-

eadem pars, quia ſi propter potentias medicamentorum fieret, vt hoc attraheret bilem, illud melancholiam, cum potentiæ ſeu vires medicamentorum augeantur addita quantitate, ſequeretur quod idem medicamentum euacuans bilem euacuaret melancholiam, quod quã abſurdum ſit, omnibus notiſſimum eſt, non enim diuerſa natura morbi, diuerſam medicamenti quantitatem, ſed diuerſam medicamenti naturam exhiberi poſcit.

Galeni. Et Hipp. Sententia Gal. eſt, *purgantia medicamenta trahere certos humores propter ſimilitudinem in ſubſtantia, quam cum illis habent.* Eadem etiam videtur eſſe Hippoc. *lib. de natura humana, tex.* 30. *&* 32. quem ſequitur Gal. *in comment.* quæ primo oſtenditur inductione, quia vnaquæque planta trahit alimenta ſibi ſimilia, & contraria reſpuit; ſic videmus membra trahere alimenta ſolum ſibi accommoda & familiaria. *Secundo* ſuadetur prædicta ſententia ratione quadam deſumpta ex eodem Gal. 3. *de naturalib facul. ca.* 7. *&* 8. quæ talis eſt: *quæ ſe trahunt, non ſolius tractionis gratia trahunt* (eſſet enim inanis talis tractio & appetentia) *nec gratia fruitionis alienæ* (eſſet enim appetitus animalis, & non naturalis) *igitur gratia propriæ fruitionis: fruitio autem ex ſimili tantum fit,* nam contraria nata ſunt ſe perimere; *Ergo medicamẽta trahẽtia ſola ſimilia trahẽt.*

Tertio perſuaſiue oſtenditur eadem ſententia

tia, nam videmus, magnetem à proprietate trahentem ferrum conuenire cum hoc in minera, colore, duritie; & medicamenta purgantia pituitam cum hac in colore conſentire, quæ omnia inſinuant, inter hæc aliquam intercedere ſimilitudinem.

Quarto conſtat experimento, medicamentum purgans ſi nõ habet permixtam vim deleteream, verti in humorem, quem attrahere ſolet, corpuſque nutrire. Ergo ſimile erat humori, alioquin non aleret.

Cæterum contra prædictam Galeni ſententiam, multa & difficilia adduci poſſunt, partim ex Auic. 4. *1. cap. 4.* partim ex Puteano *libr. 1. de purgantibus med.* partim etiam ex aliis autoribus, quibus, qui Gal. ſententiam tueri voluerint, ita ſatisfacient.

Primum argumentum, quod prædictam Gal. ſentẽtiam deſtruere videtur, ita ſe habet: *ſi medicamenta trahunt certos humores propter ſimilitudinem, quam cum illis habent, cur idem nõ trahit idem, & ferrum magnum non trahit ferrum paruum? & cur plantæ ſylueſtres nõ trahunt domeſticas? ſiquidem inter hæc magna intercedit ſimilitudo & affinitas.* Ad hoc argumentũ dupliciter poſſumꝰ reſpõdere. Primo ex Gal. *c. 25. li. 3. ſimpl* q̃ ſimilia ſunt, poſsũt ſe trahere & ex illis, quæ robuſtiora ſunt, trahũt debiliora: at vero, quæ eadẽ ſunt, nõ poſſunt ſe trahere, quia *inter eadem non*

Argumenta contra ſententiam Galeni.

1.

Reſponſio.

datur actio. *Secundo* poſſumus dicere,*non omnia ſimilia ſe trahere,ſed omnia ſe à proprietate trahentia, mutuam ſimilitudinem habere*.

2. 2. Argumentum tale eſt: *vnicum medicamentum ſimplex ſæpe trahit plures & diuerſos humores, cum quibus omnibus ob ſimplicitatem ſuam non poteſt habere ſimilitudinem: Ergo.* Dicendum tamen eſt, *vnumquodque medicamentum, quamuis ſenſu ſimplex appareat, tamen ſæpe diuerſiſſimas & contrarias partes, ac facultates obtinere, ob varietatem partium, ex quibus componitur*, vt conſtat ex eodem Galen.*3 ſimpl.cap.* 14. & propterea dicebat 4.*ſimpl.cap.3* impoſſibile eſſe,aut perdifficile,vnam inueniri ſubſtantiam, quæ perfecte ſimilarium ſit partium: cum autem hoc ita ſit,non mirum videri debet,vnum medicamentum trahere varios humores, & cum illis omnibus habere ſimilitudinem, ſecundum varietatem partium, ex quibus componitur, licet ad ſenſum omnino ſimilare appareat.

3. 3. Argumentum ſic ſe habet: *ſi cauſa attractionis eſſet familiaritas ſeu ſimilitudo illa ſubſtantiæ, ſequeretur, pharmaca aſſueta magis trahere; conſequens eſt falſum, Ergo & antecedens*: Sequela probatur: quia pharmaca per aſſuetudinem redduntur magis ſimilia naturæ noſtræ & humoribus trahendis; minorem vero probat quotidianum experimentũ,quod oſtendit, pharmaca aſſueta aut nihil,aut minus trahere, quã

ante-

antequam corpus eſſet aſſuetum ſumptioni illorum, vnde aſſueti veratri vſui, parum aut nihil ab hoc mouentur, vt docet Theophraſtus *libr. 9. de hiſtor. plan. cap. 18.* Reſpondeo *in purgatione plurimum poſſe operationem facultatis expultricis ob irritationem pharmaci*, quæ irritatio non fit à pharmaco aſſueto, ob contractam ſimilitudinem cum membris, ideoque fit, vt tale pharmacum minus trahat, licet maiorem ſimilitudinem habeat cum humore trahendo.

4. Argumentum, *quemadmodum* (vt ex principio geometrico conſtat) *quæcunque ſunt eadem vni tertio, ſunt eadem inter ſe, ita quæcunque fuerint ſimilia vni tertio, erunt ſimilia inter ſe; ſed pharmaca & membra ſunt ſimilia humoribus trahendis: Ergo pharmaca & membra inter ſe erunt ſimilia*, quod repugnat Galeno *2. de ratione vict. tex. 12.* vbi ait, pharmaca naturæ noſtræ contrariari. Dicendum tamen eſt, principium illud geometricum ſolum importare neceſſitatem in illis, quæ eadem ſunt; perpetuo enim, quæ ſunt eadem vni tertio, ſunt etiam eadem inter ſe, ſed non quæcunque ſunt ſimilia vni tertio, ſunt ſimilia inter ſe, quia *ad ſimilitudinem non requiritur conuenientia in omnibus*, & ita fieri poteſt, vt aliquid ſit ſimile vni tertio propter cõuenientiam, quam cum illo habet in aliquibus, & alterum ſit ſimile eidem tertio ob con- 4.

uenientiam in aliis ſignis; vnde patet, ea, quæ ſunt ſimilia vni tertio, non eſſe ſimilia inter ſe. *Præterea* poſſumus dicere, pharmaca non ideo dici aduerſa noſtræ naturæ, quia habent modum mixtionis plane diuerſum à nobis, ſed quia violenter ſeparant naturalem humorum conſtitutionem, ac proinde licet pharmaca membris eſſent ſimilia, nihil contra Galenum ſequebatur.

5. 5. Argumentum: *tractio facta à vacuo extenditur vſque ad remota; facta vero proprietate ſubſtantiæ ſolum extenditur ad propinqua*, vt docet Galen. 3. *de naturalibus facul. vltimo*: *atqui pharmaca contenta in ventriculo, non ſolum ſæpe trahunt à venis, ſed etiam à remotis, vtpote ab extremis partibus: Ergo talis tractio non fit à ſimilitudine ſiue à proprietate ſubſtantiæ.*

Dico, Galenum *loco citato* non negare trahentia à proprietate poſſe trahere à partibus remotis, ſed ſolum docere, tractionem à vacuo (cum ſit vehementior) extendi ad remota, & longius tractione, à proprietate, ſeu ſimilitudine, quod veriſſimum eſt.

6. 6. Argumentum; *ſi pharmaca traherent certos humores propter ſimilitudinem, quam cum illis habēt, ſequeretur, non poſſe fieri ſuper purgationem aliorum humorum, conſequens eſt contra quotidianum experimentum: Ergo & antecedens*: probatur ſequela: quia corpus humanum perpetuo, quandiu vi-

uit,

uit, omnes quatuor humores in ſe continet, docente Hipp. *lib. de natura humana tex.* 34. 38. 40. & 48. & Galen. 2. *de elementis cap. vltimo*, ſi igitur pharmacum trahit vnum humorem propter ſimilitudinem, quam cum illo habet, non ceſſabit illius attractio, nec pharmacum, conuertetur ad aliorum attractionem, niſi prius euacuatus fuerit in totum humor ſimilis, quod quidem ex locis citatis fieri non poteſt, manēte vita, quare hac durante, nunquā fiet ſuperpurgatio, quod eſt contra quotidianū experimentum, & contra doctrinā Hip. *lib. de natur. hum.* 30. & 32. & contra Gal. 3. *ſimpl. vlt.* Reſpondeo *ad purgationem nō ſufficere ſolam vim tractiuā pharmaci, ſed etiam requiri facultatē expultricem membrorum*; vbi igitur in corpore continetur parum de humore ſimili pharmaco, nō amplius trahitur, quia natura valde renititur eius vacuationi, & eū valde retinet & amplectitur, tanquam rem neceſſariam ad vitæ conſeruationem, & tunc temporis ſequitur ſuperpurgatio, id eſt, vacuatio aliorū humorū, *nō ob vim tractricē pharmaci, ſed* ob alias cauſas traditas 3. *ſimp. ca. v't.* nempe *ob morſum pharmaci irritantis facultatem expultricem, & ob dilatationem vaſorum & ob debilitatem retentricis.* *Vnde ſuperpurgatio.*

7. Argumentum: *ſi cauſa tractionis eſt ſimilitudo pharmaci cum humore trahendo, cur quemadmodum pharmacum trahit humorem ſimilem,* 7.

non trahitur etiam ab hoc? Dico cum Gal. 3. *ſimpl.* 25. cauſam prædicti euentus eſſe, quia pharmaca ſunt fortiora & potentiora humoribus, quos trahunt, ob annexum calorem, ſic etiam magnes trahit ferrum ob ſimilitudinē, quam cum hoc habet, non trahitur autem à ferro, quia valentior & efficacior eſt, denique ex *duobus ſimilibus ſe trahentibus, id quod fortius eſt, alterum trahit.*

8. 8. Argumentum: *ſi medicamenta purgantia ita ſe haberent, ſtatim, poſtquam ſumpta ſunt & extra impoſita, traherent dictos humores, ſicut magnes attrahit ferrum; oppoſitum docet experientia: Ergo.* Dico, cauſam prædicti euentus eſſe, quia vt talia medicamenta operentur, requiritur, vt prius actuentur à calore noſtro, per cuius actuationem prodit in actum ſimilitudo, à qua habent vim trahendi.

9. Vltimum argumentum. *Si medicamenta purgantia traherent humores, ſicut magnes ferrum, in multitudine humoris minus traherent; contra experientiam, ſicut ferrum grande non trahitur à magnete.* Dico tamen, diuerſam eſſe rationem in ferro & humoribus trahendis, nam ferrum trahi non poteſt, niſi iunctum, humor autem per partes expurgatur.

Galeni opinio dubia & ſuſpecta. Quamuis a. pro Gal. ita ſatisfactum videatur, tamē adhuc eius ſententia dubia & ſuſpecta relinquitur, ſiue per ſimilitudinē ſubſtantiæ intel-

telligat ſimilitudinē in temperamento manifeſto, ꝙ in proportione quatuor primarū qualitatū conſiſtit, ſiue in tēperamento occulto, ꝙ in certa mixtione & proportione elemētorū componentium conſiſtit, nam vltra dicta, multa ſunt, quæ trahunt certa, inter quæ tamen nulla intercedit ſimilitudo, nec in temperamento manifeſto, nec occulto: verbi gratia, renes trahunt ſeroſitatem ſanguinis & vrinam, vt patet ex Galen. 5. *de vſu part. cap. 4. &* 5. & 1. *de naturalibus facult. cap. 15.* Item veſica fellis trahit bilem 5. *de vſu part. 6.* inter quæ nulla intercedit ſimilitudo ſubſtantiæ, nam quæ erit ſimilitudo in modo mixtionis (quam aduerſarii fatentur dari) inter renes & vrinam, cum illi ſint caro quædam dura hęc vero ſubſtantia aquea & liquida ab illius natura diſtantiſſima? quod ſimiliter videtur dicendum de veſica fellis. *Præterea, quæ cōueniunt in modo mixtionis, & proportione elementorum, non poſſunt notabiliter diſconuenire in proportione qualitatum primarum, cum hæc ſit effectus illius; atqui pharmaca purgantia pituitam, in proportione primarum qualitatū diſconueniunt maxime cum pituita: Ergo etiam in modo mixtionis diſconuenient.* Roboratur hæc eadem ratio ex eo, quia Galen. 4. *ſimpl. 9.* colligit, *dulce eſſe modice calidum, quia eſt ſimile nobis in ſubſtantia:* quæ verba videntur ſignificare, quę ſimilantur in modo ſubſtantiæ, non valde diſſimi-

ſimilari in qualitatibus: Cum ergo multa medicamenta purgantia certos humores, diuerſiſſimam ab his temperiem qualitatum obtineant, patet etiam oportere, quod diſconueniant in modo ſubſtantiæ, hoc eſt, in modo mixtionis. Ob has rationes & alias (quas breuitatis cauſa omittimus) certius videtur aſſerendum, *cauſam, quare pharmaca attrahant certos humores, non eſſe referendam ad ſimilitudinem, quam cum his habeant, ſed potius ad vim & facultatem nobis occultam ipſius pharmaci, quæ concomitatur formam ſubſtantialem illius, & conſequitur modũ mixtionis eiusdem*; nulla n. alia afferri poteſt cauſa aliorum mirabilium effectuum, qui in natura contingunt, de quibus meminerunt Fracaſtorius *lib. de conſenſu & diſſenſu rerum*, & Hieronymus Montanus *de mirabilib. auſcultationibus.* & Antonius Beniuenius *de abditis rerum cauſis*, & alii: hoc pacto credendum eſt, *radicem pæoniæ* à proprietate ſubſtantiæ morbum comitialem ſanare: ſic etiam credendum eſt, *bezoartica* venenis reſiſtere, ſic magnes attrahit ferrum, ſic denique medicamenta trahunt certos humores, in qua operatione veroſimile eſt, adiuuari ab acrimonia & à calore adiunctis; ſic ſuccinus trahit paleas, adiuuante tamen calore prædictam operationem, vt quotidianum docet experimentum.

Opinio autoris.

QVÆ-

QVÆSTIO IX.

Vtrum ad commodam humoris purgationem, requiratur tenuium incraſſatio, & craſſorum attenuatio.

QVod humores tenues ſint incraſſandi, & craſſi attenuandi, ad commodam humoris vacuationem, colligitur in primis ex Auic. 1.4.*trac.2.cap.4.* vbi reprehendit eos, qui oppoſitum tenent: Eadem ſententia habetur apud *Rhaz 30 cont. trac.1.cap.2.* Deinde rationibus confirmatur, quarum aliquæ ex Auic. *loco proxime citato* deſumuntur. *Prima: Omnes humores imbibiti in membris* (quales ſunt ſubtiles) *& craſſi in eis infixi, & viſcoſi adhærentes ſunt inepti ad facilem expulſionem: Ergo neceſſe eſt, vt ſubtiles inſpiſſentur & craſſi attenuentur.* *Autoritates affirmantiũ* *Rationes.* 1.

2\. *Sicut ſe res habet in vacuatione humoris, quæ fit per tuſſim, ita etiam ſe debet habere in quacunque alia: ſed in illa* (vt conſtat experimento, & docet Gal. 4. *de locis* 8. & 2. *criſ.10.*) *vt humor facile expellatur, requiritur, quod reducatur ad mediocritatem ſubſtantiæ: Ergo non perpetuo humores ſunt attenuandi, ſed aliquando tenues incraſſandi, vt facilius expellantur.* 2.

3\. *Si humores perpetuo eſſent attenuandi, ſequeretur, humores billioſos in principio eſſe vacuandos:* 3.

con-

conſequens eſt falſum; Ergo & antecedens: Sequela probatur, quia tunc temporis ſunt tenuiores, ac proinde aptiores ad vacuationem: minor vero oſtenditur ex Hippocr. 1. *Aphor.* 22. vbi præcipit humores crudos nullo pacto eſſe vacuandos, niſi turgeant: Cum ergo humores bilioſi in principio, quantumcunque tenues exiſtant, ſint crudi, nullo pacto erunt vacuandi.

4. 4. Ex Galeno 1. *ſimpl.* 26. *quod plane tenue eſt, medicamenti vim effugiens præterlabitur: Ergo non erit amplius attenuandum, ſed potius incraſſandum.*

5. 5. Ex Galeno 4. *de ſanitate tuenda* 8. *vbi abundant humores calidi à ſanguine multum recedentes (quales ſunt valde tenues) omnino phlebotomia prohibetur, quia relictis illis humoribus tenuibus euacuatur ſanguis: Ergo humores tenues vt commodius & facilius expellantur, requirunt incraſſationem.*

6. Vltima. *Si humores tenues non requirerent incraſſationem, ſequeretur male noſtros Medicos ſæpe vti in principiis morborum pendentium ab humore tenui ſyrupis infrigidantibus, & incraſſantibus, quorum tamen vſus ab omnibus fere practicis receptiſſimus eſt.*

Autoris concluſio. Autoritates. His tamen non obſtantibus, ad quæſtionem vnica concluſione reſpondebimus, quæ talis erit: *Humores vt commodius & facilius expellantur, perpetuo ſunt attenuandi, nunquam autem incraſſandi, licet valde tenues ſint:* quæ quidem con-

concluſio probatur in primis autoritate Gal. *1. Aph. 24. & 2. Aph. 9. & lib. quos & quando, cap. 3.* quib. locis agens de præparatione humorum ante vacuationem præcipit perpetuo humores craſſos attenuare, nulla de tenuium incraſſatione, facta mentione.

Ratione confirmatur eadem concluſio, quia, *quo humor eſt tenuior, eo facilius euacuatur: Ergo humores perpetuo erunt attenuandi, vt commodius expellantur:* antecedens probatur. 1. quia pharmaca purgantia trahunt humores à proprietate ſubſtantiæ, in qua quidem tractione, magis & facilius trahitur, quod tenuius eſt, vt patet in tractione ferri à magnete. *Secundo* probatur idem antecedens, quia humores, quo ſunt tenuiores, eo ſunt fluxibiliores, vt videre eſt in ſuperpurgatione, in qua humores tenuiores prius vacuantur, deinde craſſiores vt cõſtat ex Hip. 1. *de natura hum. text. 31.* & Galen. 3. *ſimpl. ca. 26.* ex quibus omnibus manifeſte colligitur, humores perpetuo eſſe attenuandos ad ſui vacuationem, nunquam autem incraſſandos. *Rationes.*

Iuxta quam ſententiam ad rationes in oppoſitum adductas non erit difficile reſpondere. Ad *primam*: Dico, *humores ſubtiles imbibitos ineptos eſſe, ad vacuationem, non quia tenues ſunt, ſed quia ſunt imbibiti,* & tales ſi incraſſentur, difficilius vacuabuntur ob dictas cauſas, vnde colligitur *Refutatio obiectorum.* I.

ligitur male Auic.1.4.*trac.* 2.*cap.* 4. exiſtimaſſe, illos eſſe incraſſandos.

2. Ad 2.reſpondeo, *diuerſimodam efferationem in vacuatione humoris, quæ fit in tuſſi, & in aliis, quæ fiunt per pharmacum purgans*; illa enim cum fiat per vim aeris impellentis, requirit reſiſtentiã paſſi, & non bene fit in humore tenui, nec craſſo ob cauſas traditas à Galeno *locis citatis*, in aliis vero vacuationibus, quæ fiunt per pharmacum purgans, & de quibus nos in pręſenti loquimur, humores vacuantur à proprietate ſubſtantiæ ipſius medicamenti purgantis, ſiue tales humores ſint craſſi, ſiue tenues exiſtant.

3. Ad 3.neganda eſt ſequela, & ad probationem dicendum, quod licet humores bilioſi in principio ſint tenuiores, quã in ſtatu, ac proindę ex modo ſuæ ſubſtantiæ aptiores ad vacuationem, tamen non propterea erunt purgandi in principio, cum enim tunc temporis crudi exiſtant, valde retinentur à natura, quæ non permittit tales humores vacuari ante coctionem, niſi quãdo ab illis maxime irritatur.

4. Ad 4. dico, Galenum *loco citato*, vt conſtat ex eius verbis, non agere de medicamentis vacuantibus per proprietatem, ſed de repellentibus per poros, quo pacto vera eſt eius ſententia.

5. Ad 5.dupliciter poſſumus reſpondere: *Primo*,

mo, Galenum *loco citato* in dicto caſu ideo prohibere phlebotomiam, quia ſanguis neceſſarius eſt ad coctionem humoris valde tenuis, & valde craſſi. *Secundo* poſſumus dicere, non ſolum loqui de vacuatione, quæ fit per pharmacum purgans, nō autem de illa, quę fit per phlebotomiam, de qua agit Gal. *loco citato.*

Ad *vltimam* reſpondendum eſt, Medicos vti ſyrupis ad varios vſus, aliquādo enim vtuntur ſyrupis incraſſantibus, nō vt ſic præparēt humores ad vacuationem, ſed vt cohibeant immodicas vacuationes, aut defluxiones, vel vt humores valde tenues calidos & mordaces contemperent, & reddant aptiores, vt coquantur & ſuperentur à natura, in quo caſu quod per ſe intendimus, *non eſt incraßatio humoris, ſed ſolum huius concoctio*, quæ plurimum poteſt ad facilitatem vacuationis vt *ſupra* diximus.

Ex dictis colligitur, *humores craſſos & tenaces perpetuo attenuantibus & incidentibus, ad vacuationem eſſe præparandos: tenues vero, licet ex parte modi ſuæ ſubſtantiæ, non requirant aliquam artificialem præparationem, cum hoc tamen ſtat, in omnibus fere morbis, ante purgationem conuenire ſyrupos & decoctiones attenuantes, incidentes, & deobſtruentes: primo, quia noſtris temporibus omnes fere morbi pendent ab humoribus craßis. Secundo quia licet aliquæ febres ab initio pendeant ab humoribus tenuibus,* *Cur in omnibus fere morbis conueniant attenuantia &c. ante purgationem.*

hi

ligitur male Auic.1.*4.trac. 2.cap. 4.* exiſtimaſſe, illos eſſe incraſſandos.

2. Ad 2.reſpondeo, *diuerſimodam eſſe rationem in vacuatione humoris, quæ fit in tuſſi, & in aliis, quæ fiunt per pharmacum purgans*; illa enim cum fiat per vim aeris impellentis, requirit reſiſtentiã paſſi, & non bene fit in humore tenui, nec craſſo ob cauſas traditas à Galeno *locis citatis*, in aliis vero vacuationibus, quæ fiunt per pharmacum purgans, & de quibus nos in præſenti loquimur, humores vacuantur à proprietate ſubſtantiæ ipſius medicamenti purgantis, ſiue tales humores ſint craſſi, ſiue tenues exiſtant.

3. Ad 3. neganda eſt ſequela, & ad probationem dicendum, quod licet humores bilioſi in principio ſint tenuiores, quã in ſtatu, ac proinde ex modo ſuæ ſubſtantiæ aptiores ad vacuationem, tamen non propterea erunt purgandi in principio, cum enim tunc temporis crudi exiſtant, valde retinentur à natura, quæ non permittit tales humores vacuari ante coctionem, niſi quãdo ab illis maxime irritatur.

4. Ad 4. dico, Galenum *loco citato*, vt conſtat ex eius verbis, non agere de medicamentis vacuantibus per proprietatem, ſed de repellentibus per poros, quo pacto vera eſt eius ſententia.

5. Ad 5. dupliciter poſſumus reſpondere: *Primo*,

mo, Galenum *loco citato* in dicto caſu ideo prohibere phlebotomiam, quia ſanguis neceſſarius eſt ad coctionem humoris valde tenuis, & valde craſſi. *Secundo* poſſumus dicere, non ſolum loqui de vacuatione, quæ fit per pharmacum purgans, nō autem de illa, quę fit per phlebotomiam, de qua agit Gal. *loco citato*.

Ad *vltimam* reſpondendum eſt, Medicos vti ſyrupis ad varios vſus, aliquādo enim vtuntur ſyrupis incraſſantibus, nō vt ſic præparēt humores ad vacuationem, ſed vt cohibeant immodicas vacuationes, aut defluxiones, vel vt humores valde tenues calidos & mordaces contemperent, & reddant aptiores, vt coquantur & ſuperentur à natura, in quo caſu quod per ſe intendimus, *non eſt incraſſatio humoris, ſed ſolum huius concoctio*, quæ plurimum poteſt ad facilitatem vacuationis vt *ſupra* diximus.

Ex dictis colligitur, *humores craſſos & tenaces perpetuo attenuantibus & incidentibus, ad vacuationem eſſe præparandos: tenues vero, licet ex parte modi ſuæ ſubſtantiæ, non requirant aliquam artificialem præparationem, cum hoc tamen ſtat, in omnibus fere morbis, ante purgationem conuenire ſyrupos & decoctiones attenuantes, incidentes, & deobſtruentes: primo, quia noſtris temporibus omnes fere morbi pendent ab humoribus craſſis. Secundo quia licet aliquæ febres ab initio pendeant ab humoribus tenuibus,* **Cur in omnibus fere morbis conueniant attenuantia &c. ante purgationem.**

hi

hi tamen proceſſu morbi reſolutis partibus tenuioribus, partim per ſudorem, partim per inſenſilem tranſpirationem craſſeſcunt, ac proinde requirunt attenuationem, vt commode vacuentur. *Tertio quia licet humor vacuandus toto proceſſu morbi tenuis ſit, tamen humores in primis vaſis contenti craſſi ſunt, & in omnibus fere morbis adſunt aliqui humores obſtruentes, ac proinde impedientes commodam vacuationem humoris efficientis morbum*: propter quas rationes, iuuat ante pharmaci exhibitionem ſyrupis attenuantibus & deobſtruentibus vti, iuxta ſententiam Hip. 2. *Aph.9*. Quod ſi conſtet, humores eſſe tenues, & nullam adeſſe obſtructionem in primis vaſis, per quæ debet fieri vacuatio, ſed potius illa aperta & laxa eſſe, tunc nulla præparatione vtendum erit, & humor ſtatim expurgari debet, *niſi obſtet nimia eius cruditas*.

QVÆSTIO X.

Purgatio num conueniat hominibus ſanis? & quo tempore.

Autoritates affirmãtium.

SEntentia eſt Hipp. omnibus ſatis nota 6. *Aphoriſ.*47. homines ſanos verno tempore gratia præcautionis eſſe vacuandos. Habet enim, *quibuſcumque vena ſectio, vel purgatio conuenit, hos vere purgare, vel venam ſcindere oportet*: de ſanis enim *eo loco* Hippocratem agere, vl-

tra Galenum autorem *in commento*, illud aperte indicat, quod ægrotantes quacumque anni parte laborauerint, confeſtim in ea vacuãdi ſunt, non expectato præfixo illo anni circuitu. Quod etiam homines ſani ſint vacuandi tempore perfectiſſimæ ſanitatis, colligitur ex eodem Hipp. *1. Aphoriſ. 3. habitus exercitatorum, &c.*

Oppoſitum tamen deducitur ex Hippoc. 4. *Aph. 16.* & *2. Aphor. 36. & 37.* quibus locis expreſſe docet, medicamenta ſanis hominibus ſupra modum nocere, quod vltra Hippocr. ſuadetur ea potiſſimum ratione, quia *quandocumque humores valde retinentur à natura, nullo pacto ſunt vacuandi: ſed in hominibus actu ſanis humores maxime retinentur à natura; Ergo nullo pacto erunt vacuandi.* Maior huius argumentationis veriſſima eſt, & deſumitur ex eodem Hipp. 1. *Aph.* 22. vbi materia exiſtente cruda prohibet purgationem, niſi turgeat, quia valde retinetur à natura, poſt coctionem vero habemus naturam adminiculantem, id eſt, adiuuantem humoris expulſionem: conſequentia eſt bona: Minor vero probatur, quia *illi humores valde retinebuntur à natura, qui ſunt parati ad nutritionem, & apti, vt conuertantur in ſubſtantiam aliti; tales autem ſunt humores in actu ſanis exiſtentes: Ergo nullo pacto erunt vacuandi, ac proinde, purgatio hominibus ſanis minime conueniet.*

Negantium Rationes. 1.

V *Secun*

2. *Secundo* eadem ſententia oſtenditur,*quia medicamenta purgantia corporibus ſanis exhibita, ea maxime reſoluunt atque diſſipant, cum enim non inueniant humores prauos & redundantes, quos attrahant,conuertunt ſe in vtiles& ſimiles,ex quorum vacuatione,corporis debilitas ſimul cum eiuſdem reſolutione neceſſario ſequitur.* Corroboratur eadem ſententia autoritate Galeni,qui, cum *in quinque primis de tuenda valetudine libris* præcepta ſanitatis tuendæ homini ſano & temperato, præſcribat, nec purgationem præcipit, nec venæ ſectionem,niſi præſente morboſo ſymptomate: Eadem etiam corroboratur autoritate Celſi viri grauiſſimi, ſtatim medicinam ſuam ab eo præcepto auſpicantis, *qui ſanus eſt,* inquit Celſus, *& bene valet, integraq; valetudine fruitur, nullis aduerſæ valetudinis remediis vtatur, non Medicum,non pharmacopolam adeat,&c.* ratio prædictæ ſententiæ in promptu eſt;nam *medicamentum omne naturæ vim infert,nec aliter operatur,ſani autem vires non demoliri oportet & auertere,ſed alimentis,exercitiiſque fouere, tuerique conuenit,* & quod non leuiter prudentem hominem mouere debet,non vni,nec facili diſcrimini ſe committit,qui tempore ſanitatis medicamenta admittit,in primis enim Medicus remedia adhibens,præſcribenſque non raro peccat, pharmacopola vero medicamenta concinnans viliora magis, quam electa frequen-

quenter, nec minus pharmacopolæ famulus, qui inſcius & ignarus, aut Medicorum dictata permutat, aut remediorum vaſa; denique herbarius ſępe deletercam herbam ſimul cum ſalutaribus permiſcet, quæ quidem infortunia ęgrum hominem experiri neceſſitas cogit, ſanum non niſi imprudentia; *ſæpe enim multa mota nocent, quæ ſi non mouerentur, non nocerent*, dicebant Galenus, & Auic.

Ob has rationes varii in varias abierunt ſententias, varioq; modo explicant Hipp *locis ſupra citatis*, diuerſa aſſerentem, quibus tamen relictis, in hac materia nonnullæ propoſitiones, quib. propoſitæ quæſtioni ſatisfaciemus, ſtatuendæ ſunt.

Propoſitiones autoris.

Prima propoſitio deſumitur ex Gal. in explicatione *citati Aph lib. 6. Aph. 47. & lib. de ſang. miſſione, capit. nono*, quæ talis eſt; *quadruplex ſanorum hominum differentia per ſanitatem vacuari poſtulat. Primo* loco ponuntur illi, *quos morbus aliquis, aliquot iam retro annis corripuit*, vt arthritis, podagra, pleuritis, morbus comitialis, &c. mire enim in talibus anteuertens per ſanitatem vacuatio morbum prohibet, & generari vetat. 2. Loco ponuntur illi, *quos aggreſſus eſt inſignis aliquis & metuendus morbus*, qui licet ob remedia adhibita tunc temporis curatus ſit, niſi tamen humoris impetum alio vertamus, non leue pe-

1. Quot differentiæ hominum ſanitatis tempore ſint purgandæ.

2.

periculum eſt, ni denuo inuadens occupet & obtineat. 3. Loco ponuntur illi, *qui nec morbo aliquo ſæpe correpti ſunt, nec tentati morbo graui & immedicabili, cuius reliquiæ in corpore multoties manent, attamen habitu ſunt ad certum morbum appoſito, aut quia à proauis hæreditarie ſeminaria morbi cõtraxerunt*, vt verbi gratia, articularis, phthiſis, aut morbus comitialis, *vel quia ipſa corporis ſtructura aut valida partis cuiuſpiam intemperatura eos conſtituit morbis obnoxios, & patifaciles*. 4. Loco illud ponitur hominum genus, *cui ſuppreſſa eſt aliqua aſſueta vacuatio*, vt puta menſium, hæmorrhoidum, aut diuturni vlceris: adde vel grandis & antiquus abſceſſus ablatus eſt, aut reſtiſtit ſolitus fluxus, vel abciſum eſt inſigne aliquod membrum, par enim eſt, vt retenta abundantia, quæ ſuccedebat, vel in aſſuetam vacuationem, vel in abciſæ partis alimentum, decumbens in aliquam partem corporis inſigniter offendat. In his quatuor hominum generibus, ſi ſanitati incolumitatique eius conſulere volumus, dum adhuc ſani ſunt, impendentes imminentesque morbos anteuertere oportet, & ne fiant, cauere, & quod Galenus admonuit *lib. citato cap. 7.* expectare non debemus, quod in illis appareat aliquod euidens plenitudinis ſymptoma.

2. Propoſitio. 2. Propoſitio deſumitur ex Hip. *1. Aphor. 3.* & eſt talis, *homines ſani, qui in nullo dictorum quatuor*

tuor genere continentur, ſed incolumi & robuſta valetudine fruuntur, verumtamen, oſtendunt in ſe modo plethoræ vel cacochymiæ indicia ſtatim vacuandi ſunt; ſic enim habet Hip. *loco citato*; *habitus exercitatorum, qui ad ſummum bonitatis attingunt, periculoſi, ſi in extremo conſtiterint, cum enim non poſſint in eo quieſcere, nec proficere in melius, reliquum eſt, vt decidant in deterius, iis de cauſis bonum habitum ſtatim ſoluere expedit, vt corpus rurſus nutriri incipiat.* Eadem ſententia deſumitur ex Galeno *lib. de ſanguin. miſsione citato*, & 2. *de ſanitate tuenda*, & *lib. de cibis boni & mali ſucci ad initium*; quibus locis in preſentia plenitudinis & cacochymiæ, ſanis vacuationem conuenire docet, præſertim ſi tales in victu intemperantes ſint, debitoque exercitio careant.

Nec prædictæ ſententiæ aduerſatur Auic. *2. 1. d. 2. cap. 7.* dicens, ſæpe concedi ei, in cuius corpore mali abundant humores, vt rem bonam largiter comedat, quod quidem videtur deſumptum ex Gal. 1. *Aph* 18. vbi in corruptione ſuccorum in autumno vberem cibationem commendat, contra Hipp. 2. *Aphor.* 10. *impura corpora, quo magis nutries, magis lædes.*

Pro vera tamen tantorum virorum concordia aduertendum eſt, *cacochymiam duplicem ſanationis habere formam*; vnam & eam vulgarem, magiſque propriam, excedentis humo-

ris vacuationem, præcedenti tenui victu iuxta ſententiam Hipp. 2. *Aph. 10.* *Alteram*, vbi hæc prior locum non habet, ſiue quia natura non tolerat, ſiue quia patiens nõ patitur, bene admittit copioſe ingeſtum, atque ſelectum alimentum, quemadmodum enim, vitioſus in corpore humor, vbi à ſanguine ſecedit, extra vaſa miſſus, febres & morbos generat, idem vero in vaſa remigrans à permixto ſanguine benigno, & multo miteſcit, & vincitur, non ſecus probum alimentum vbertim ingeſtum cacochymiæ malitiam edomat, & obumbrat, nec eam offenſionem corpori præſtare patitur; de hoc autem ſanationis modo Auic. locutum fuiſſe, & Gal. *locis ſupra citatis*, conſtat ex eorum verbis: ambo enim ſelectum alimentum commendant illis, quibus vacuatio tuto & vtiliter concedi non poteſt.

Qualis victus temperantia à medicamentis excuſet.

Et ſi aliquis petat, qualis nam victus temperantia à medicamentis excuſet? Reſpondet Gal. *lib. de Euch. cap. 3. quicunque*, inquit, *ante cibũ quotidie exercentur* (eſt autem integrum exercitium, quod ante ſudorem non ceſſat) *& ab omni alimento abſtinent prauo, & temperanter viuũt, & victus formam obſeruant ſalubrem*, quæ duo æuo noſtro raro conueniunt, nam & delectus ille ciborum pauciſſimis, iuſtum vero & integrum exercitium nulli ciuium in conſuetudine eſt, quo fit, vt nobis apparente plenitudi-

nis,

nis, vel cacochymiæ indicio, vacuatio corporis fere ex vſu ſit.

3. Propoſitio: *quicunque ex ſanis hominib. bene valent, in nullo quatuor generum primæ propoſitionis contenti, nec in præſenti, aut cacochymiæ, aut plenitudinis indicia habentes, per quædam annorum ſpatia magna illa purgationis & phlebotomiæ remedia deſiderant, vt corpus à morbis immune, & immatura morte tutum obſeruetur.* *Prima* ratio huius ſententiæ deducitur ex Gal. *lib. de Euchy.* 3. & 3. *Aph.* 15, quibus locis conſulit omnibus, qui vel non integre quotidie exercentur, vel ab alimentis praui & craſſi ſucci non abſtinent, vt medicamentoſa quędã per interualla aſſumant meatus quidem de obſtruentia, excrementa vero purgantia, quæ vocat ſolutoria: ſed ciues omnes integre non exercẽtur, in alimenti etiam obſeruantia plus minus vniuerſi delinquunt, vulgus vero licet exerceatur, prauo vtitur victu; vtroſq; ergo, ſi poſſunt, per annorum interualla inaniri præſtat. 3. *Propoſitio.* *Huius rationes.* 1.

2. Ratio deſumitur ex Gal. *2. de præſag. ex pul.* 4. confirmante quotidiano experimento, quo loco habetur, eos, qui habitu ſunt valente, & admodum diu in morbos non inciderũt, periclitari, ſi incidant, at vero imbecilles, & qui morbis ſunt obnoxii, minimumque cauſis reſiſtunt externis, facilime ſeruari, eo quod illi nõ niſi à magna cauſa ægrotant, hi v. à qua- 2.

uis etiam minima læduntur, ideoque minus periclitantur: cum igitur in robuſto homine, qui vel alimenti vitio, vel exercitii parcitate peccat conſtet, aſſeruari neceſſario magni morbi cauſam, & plurimum perimentis, imprudentis certe & idiotæ hominis conſilium erit, apparente illa pulchræ ſanitatis imagine, ea decipi, lethaliſque morbi cauſam intro latentem, indiesque augmenta facientem negligere, quin potius eam amputare, & ſuccidere oportet, labentemq, ad interitum bonum habitum, confirmare & erigere; denique malum, vel radicitus extirpare, vel ita extenuare, vt naturæ beneficio, quod reliquum fuerit, diſſipetur & deficiat; fere enim homines, certis quibuſdam temporis circuitibus ægrotant, eo immedicabilius, quo tardius: conſulto igitur anteuertemus morborum initia tēpeſtiua vacuatione, eo maxime, quia ver humores fundit, plurimi autem ſunt morbi ex plenitudine, quibus fuſio dedit occaſionem *1. Aphor. 18.* in plenitudine vero oſtenſa eſt vacuationis indigentia.

Obiectorum refutatio. ad prim. ū. Quæ vero aduerſarii obiectant, non eſt operoſum ſoluere: *Primo*, obtrudunt Hipp. 4. *Aph. &* 2. *Aph.* citatis, vbi medicamenta ſanis hominibus exhibita, ſupra modum nocere docet, quæ ſententia vltra Hipp. autoritatem duabus rationibus *in initio huius quæſtionis* à nobis

bis confirmata eſt. Dico, eam ſolum in hominibus *perfectiſſime* ſanis, & qui nec in alimento, nec in moderato exercitio delinquunt, habere locum, non vero in aliis, de quibus *in prima & ſecunda propoſitione.*

Ad corroborationem vero, quam afferunt. 2.
1. ex Gal. teſtimonio perperam intellecto *in libris quinque de tuenda valetudine*, vbi temperatum hominem ita regit, vt nunquam euacuet. Reſpondeo, Galenum de eo agere temperamento, quod & in alimento non peccat, & in exercitiorum lege non deficit; noſtra vero propoſitio vacuationis rarę remedium in ſubſidium peccatorum in victu commendat: quod ſi quis in totum præceptis Galeni de tuenda valetudine obtemperet, quamdiu morboſo ſymptomate non corripitur, ſuo arbitrio committendus nulla vacuatione mouendus erit.

Celſi vero autoritatem cenſuram deſiderare, omnibus in confeſſo eſt; nam quod conſulit, *nullum cibi genus fugiendum eſſe boni habitus homini, quo populus vtatur,* immodice dictum eſt, & à patrum præſcriptis alienum: quod addit, *viuendi leges ſeruandas eſſe varias, non ex variis optimam,* durum & magis durum, ſi indiſtincte pronunciauit, valentem hominem ſemel medicinam admittere non debere; hoc enim, vt ex dictis conſtat, falſum videtur, niſi cum eo

temperamento ſcribatur, ſi modo nec in alimento, nec in exercitii menſura delinquat.

3. Obiiciebatur deinde *periculum verti in quieſcentium humorum agitatione*. Ad quod dico, verti quidem, ſi ſint vitioſi, cæterum in robuſto & temperato homine non eſt magna humorum malitia, illa vero per temporum interualla leuis phlebotomia, vel pharmaco agitato non valde timenda eſt, imo potius exoptanda: ſiquidem ea, humor intra corpus latens, & morbi ſeminarium exiſtens abſcinditur, aut ſaltem minuitur, cum maxima totius corporis vtilitate.

4. *Quarto* afferebatur in medium, *bene conſtitutas vires demolliendas & labefactandas medicamentis non eſſe, ſiquidem omnia natura vim inferunt*; bona autem habitudo, qualis in temperato homine & robuſto viſitur, potius ſimilibus conſeruanda eſt, quam contrariis alteranda. Dico, tamen ideo per longa temporum interualla vacuationem iuuare, quia coniectatur turgentis humoris abundantia præceps & periculi plena, quamq; mutare, non fouere conuenit, præſertim noſtris temporibus, cum abundemus medicamentis benedictis ſine vlla violentia vacuationem facientibus, quorum defectus apud antiquos eandem difficilem, & laborioſam reddebat.

5. *Quinto* in memoriam reuocant nonnulli Me-

Medicorum errata, & negligentias pharmacopolæ, ipſius famuli, & herbarii: accidere enim illa quidem, quis negabit? Sed nõ ita crebro, nec ea neceſſitate, quin facili negotio vitari queant. Quòd ſi rara illa hiſtoriarum infortunia terreant, abſtineamus à coctis eduliis, quoniam multi in cœnobio perierunt, excidente in ollam aranea; ab vuis caueamus, quoniam apud nos quidam paulo poſt eſum vuæ à vipera demorſæ expirauit: nec vero domum exeamus, quoniam in via quidam fulmine, alii lapide ictu occiſi ſunt.

Reſtat iam, vt de altera quæſtionis parte agatur, videlicet, *quo tempore ſani ſint vacuandi*; pro cuius rei maiori explicatione, videndum *primo* eſt, num purgatio hominibus ſanis conueniat ſingulis annis? aut ſecundo anno? aut tertio? *Deinde* determinare opertet, num, ſi ſingulis annis conueniat, quænam anni pars ſit eligenda ad purgationem? ſiquidem annus quatuor potiſſimum conſtat partibus. *Quo tempore ſani ſint vacuandi.*

Quod attinet ad primum, iuxta tres propoſitiones *ſupra* relatas, dicendum eſt, *primos illos, qui certo morbo procliues ſunt, & in prima propoſitione contenti, pro magnitudine cauſæ, vel ſingulis annis vacuandos eſſe, vel ſecundo aut tertio anno, ſi vero occaſio ægrotandi maior eſt, potiſſimum ſi melancholia abundat*, docebat Galen 7. *Aphor.* 4. *bis in anno, nempe per ver, & autumnum*, quoniam

niam autumnus melancholicorum morborum ferax eſt. *Qui vero ſecundo loco relati ſunt,* videlicet cacochymici, vel plethorici, *toties vacuari indigent, quoties morbi originem, cacochymiam, ſcilicet, vel plenitudinem incurrerint.* In tertiis denique, *qui robuſta ſanitate valentes, exactam viuendi rationem negligunt recipiendum, & operæ obſeruandum videtur Auerrhoi iudicium*, ſentit enim 6. *coll.* 14. fere per annorum hebdomadas pluribus talibus conuenire corporis expurgationem, ſiue ſecta vena in plethoræ vitio, ſiue pharmaci exhibitione in cacochymia, *rarum eſt enim*, inquit, *vt quis ſingulis annis ægrotet, frequens, vt per annorum hebdomadas, præſertim ſi in victu peccat, & in debita exercitii menſura deficit, firmiſſime ergo tales tunc temporis vacuabuntur: Ea eſt enim opportuna morbi per expurgationem cautio, quæ ægrotaturo iam homini & aucto humore ad morbi generationem adhibetur: conſtat autem in intemperantibus, de quibus ſermo eſt, humores prauos, morbiſque obnoxios indies magis ac magis augeri. Ergo per annorum hebdomadas, tales vacuare conueniet.*

Quæ anni tempora ad purgationẽ eligenda.

Quod vero attinet ad ſecundum, *ſi duæ in anno vacuationes adhibendæ ſunt, conſtat omnibus eligendum eſſe ver & autumnum, ſi vero vna, ver:* Cur autem hæc duo tempora reliquis præferantur ad corporis expurgationes, illa ratio manifeſtiſſima eſt, quæ ex virium robore deſumitur, in primis enim vires tempore verno for-

fortiſſimæ ſunt, ob quam cauſam ver ſaluberrimum aſſeritur: ſunt autem robuſtiſſimæ, quia vere corpus æqualiter diſpoſitum eſt intro, & extra in temperamento, & humorum habitudine, nam hyeme refrigeſcit innatus calor, in qualitateque & intenſione minuitur, æſtate vero à vehementiori externo calor in quantitate deficit, licet qualitate intendatur: cum ergo naturæ opera & vires calorem innatum exigant, neque qualitate deficientem quod malum hyems operatur: neque quantitate, quod æſtas, ſequitur ver, in quo corpus æqualiter eſt diſpoſitum vires robuſtiſſimas conſeruare: quod vlterius pulſus vehementia certo monſtrat *3. de cauſ puls. 5.* *Cur tempus vernum.*

Autumnus ſequitur ver, non ſolum in temperamento, ſed etiam in robore, niſi quod reddit vires debiliores *1. Aph. 18.* & *3. Aph 9.* his, qui per autumnum fructibus implentur, multo magis immodice gracilibus, tales enim inæqualitate autumni magis offenduntur, quã eius temperamento iuuantur: cumque tales pauci ſint, merito videtur condemnandus Auer. *2. coll. vltimo* aſſerens cum *Rhaz. 3. ad Almanſ. 33.* vires per autumnum ſumme debilitari. Altera ratio, cur ad vacuationem, duo illa tempora præferantur, ex temperamenti mediocritate deſumitur; Hyemale enim frigus humores ad viſcera repellens & incraſ- *Cur autumnale.*

ſans

Google

ſans meatuſque anguſtans, ineptiſſimum reddit purgationi corpus; ſi vera loquitur Hipp. 2. *Aphoriſ.* 9. *corpora cum quis purgare voluerit, &c.* contra, æſtas corporis diſſolutione, & valido humorum ad cutẽ tractu purgationi pugnat; quod per eam ſententiam ſignificauit Hipp. 14. *Aphor.* 5. dicens; *ſub cane & ante canem, moleſtas eſſe purgationes.*

Ver eſſe ad purgationẽ tempus opportuniſſimum, & cur.

Quod vero ver inter omnes anni partes ad purgationem primatum obtineat, illæ rationes ſuadent, *prima*, quia ver ſimile eſt ob humorum fuſionem morbis plenitudinis 1. *Aphor.* 17. in plenitudine autem, vacuationem eſſe neceſſariam, oſtenſum eſt: *altera* medium eſt ver inter hyemem corporis humores augentem, & æſtatem ita fundentem, vt in vaſis contineri citra putredinem, aut cutaneorum morborum generationem non poſſint 1. *Aph.* 15. *Tertio* in vere extrorſum mouetur quieſcẽs per hyemem humor, ne ergo cum noxa ad partem vllam in corpore imbecillam decumbat, commode ad vacuationis organa, artificio medicamenti deducitur. Quæ omnia autumno contraria inſunt: nam humores nõ fundit, imo potius minuit, eos incraſſans, & ad viſcera cogens: deinde ſequitur æſtatem exhaurientem vires pariter cum humorum copia: *poſtremo* introrſum mouet contra purgantis medicamenti operationem. Accedit,

Autumnũ vero ineptũ

quod

quod humor ex aduſtione craſſus per autumnum leui purgatorio non cedit, à valido vritur magis & inflammatur, ob rationem dictã, & ſi quid in corpore relictum eſt ſanum & incolume, medicamenti ope miſcentis exuſti commercio vitiatur, & ſimul corrumpitur: *iis de cauſis per autumnum fugiendam eſſe vacuationem conſtat, & multo magis ſanguinis miſsionem*, quia exhauſtus per æſtatem calor innatus, & nondum in autumno reparatus eam prohibet: Item aeris inæqualitas imbecillum corpus offendens, & frigida ſicca ipſius temporis intemperatura ſanguini aduerſa. Quamuis autem ob dictas cauſas duo illa in autumno vitanda ſint, nihilominus alias commoditates autumnus habet, quæ Medicum ad purgationem impellunt magis, quam in aliis anni temporibus, excepto vere: *Inprimis* enim humores per æſtum vitiati in autumno incipiũt intro ſe recipere in nobilia loca, quos præſtat purgatione ad exteriora, ignobiliaque ciere: *præterea* autumnus comparatur cacochymiæ morbis *1. Aphoriſ.* 17. in quibus opportuniſſima purgatio eſt, in æſtate autem & hyeme prçcautioni per vacuationem nullus locus relinquitur, niſi forte his temporibus morbus per interualla oriatur, imminente enim acceſſione, opportuniſſima eſt per vacuationem reuulſio.

Autumni commoditates Medicum ad purgationem impellentes.

Nec

Nec tamen proinde contemnenda ſunt doctorum Medicorum conſilia, præcipue Damaſceni *in Aphoriſmis* monentis, exteriores morbos vere, & æſtate medicari, internos hyeme & autumno, *curare enim affectus oportet, quando vigent, præcauere, vbi nec dum conſiſtunt:* & Auerrhois alterum conſulentis, ne in autumno ante pluuiæ deſcenſum vacuationem aggrediamur, antea quam deponatur humorũ ariditas, & meatus purgatorii laxentur.

Quæ pars veris eligenda. Quæ autem potiſſimum veris pars eligenda ſit, diſcordia eſt nõ exigua inter duos, eoſque pugnantes Galeni locos: prior eſt *lib. de phlebotomia* 7. vbi in omnibus in vniuerſum humoribus, ſiue purgandum ſit, ſiue ſanguis mittendus, initium veris eligit: contra *6. Aphoriſm.* 47. in pituitoſis vacuandis initium veris, in bilioſis finem expoſcit. Ea lis omiſſa, quorumdam recentiorum interpretatione, in hunc modum componenda videtur, quod *lib. de phlebotomia* frequentem occaſionem doceat, *in Aphoriſmis* vero exactius definiat vnãquamque ſeorſum, nam *ſiue ſanguis auferendus, ſiue melancholia, ſiue pituita, veris initium accommodum eſt, in ſola bile purganda præfertur finis.* Cauſa vna eſt, quoniam *tunc, cum abundant, vacuandi ſunt humores, abundant melancholici, & pituitoſi per hyemem, funduntur veris initio, tunc igitur vacuandi ſunt, bilis progreſſu veris accreſcit, in fine igitur:*

Alte-

Altera cauſa: *illa eſt tempeſtiua vacuatio, quæ proxime antecedit morbi inuaſionem: ſeu morbi pituitoſi & melancholici poſt primam veris fuſionem eueniunt, ſanguinei paulo poſt biliosi ad æſtatis initium; ea ergo erit opportuniſſima eorum euacuandorum occaſio*: quod enim ſanguis non longe à veris initio vacuari poſtulet, præter Galenum, etiam grauiſſimus Medicus Trallian. autor eſt de podagra ſanguinea verba faciens.

Reſtat *vltimo*, in hac quæſtione nonnulla obiecta diluere, quæ prædictam doctrinam labefactare videntur. *Primum*: *quomodo citius vacuatur craſſus humor longiori per veris calorem attenuatione indigens?* quoniam ſufficienter initio veris fuſus eſt, & maior eſt, magiſque vrget ea, quæ ab imminenti morbo ſumitur indicatio, in bile vero purganda non expectatur attenuatio maior, ſed illius generatio. *Obiectiones.* 1.

2. *Quomodo 1. Aph. 15.* in fine *veris vulgus ſibi iumentis ſanguinem mittit fuſionis periculum cauens?* Quoniam hiſtoriam refert Gal. factum non probat: *Cur igitur id vtiliter obſeruant veterinarij?* propter particularem cauſam viridis paſtus, ebulliente iam tunc ſeroſo, & tenui ſanguine; *ſed cur quidam ex hominibus illud obſeruant idem, ad Iunii finem venam ſecantes?* quia deluduntur iumentorum ſimilitudine. 2.

3. *Quomodo manebit obſeruatio Hippocrat. libr. de aere, aquis, & locis, vt duo æquinoctia caueantur, ne* 3.

 in il-

in illis, vel purgationes, vel cauteria adhibeantur, & maxime cauet autumnale, ſiquidem æquinoctia initium præbent, alterum veri, alterum autumno? Sane videntur non ſine cauſa obſeruandi dies aliquot in anni magnis mutationibus, & in maioribus illis ſolſtitiorum varietatibus, Hipp. decem eſſe vult, in æquinoctiis vero ob exiguitatem mutationis triduum ſatis erit, in quo niſi quid vrgeat, mouendum non videtur, quamuis Auicen. oppoſitum ſentiat, præcipiens, per autumnum, ſi vacuandum eſt, fieri in ipſo æquinoctio, aut quam proxime; vult enim euacuare poſt pluuiam, quod tempus eſt æquinoctium; vel prope illud; cum ergo æquinoctium vernale poſt emendationem anni factam à Gregorio Papa XIII. ſit vigeſimo die Martii, autumnale vero, vigeſimo tertio die Septembris, & ſolſtitium hyemale ſit vigeſimo primo die Decembris, æſtiuale vero vigeſimo primo Iunii, ſequitur in prædictis temporibus cauendas eſſe vacuationes, niſi quid vrgeat, & magis in ſolſtitiis.

An in nouilunii & plenilunii liceat phlebotomare & purgare.

Num autem in tempore plenilunii, aut nouilunii conueniat phlebotomare & purgare, an non, ſicut nonnulli religioſe obſeruant, *controuerſum eſt*: Nam Hip. *lib. ſupra citato de aere, aquis & locis*, inquit: *maxime autem obſeruare magnas temporum mutationes oportet, vt nec pharmacum quiſquam volens det*: & Auic. *cap. de ventoſis* præcipit, ex multorum

torum ſententia, vt ventoſę in principio menſis non apponantur, quoniam nondum humores amoti fuerunt, nec ebullierunt; nec in fine menſis, quoniam tunc humores ſunt minuti: Eadem ſententia colligitur ex Galeno *libro, ſi quis ſit Medicus, eundem eſſe philoſophum*: vbi deridet Medicos, qui negabant Medicis neceſſariam eſſe aſtronomiam.

Alii contra ſibi perſuadent, ab huiuſmodi mutationibus lunæ, & ab ortu, & occaſu ſyderum, non ſumi aliquam indicationem ad curationem, vt late eſt videre apud Manard. *lib. 2. epiſt.* 1. & *lib.* 5. *epiſt.* 5. in cuius ſententiæ confirmationem facit, quod Galen. nunquam talis indicationis meminerit, cum tamen omnes indicationes enumeret obſeruandas in morborum curatione.

Præterea ratio id ipſum ſuadet, quia *aſtra non alia ratione indicant ad curationem, quam propter alterationes eas, quæ ab illis in aere fiunt*; vt ſi Hippocrat. ſub cane & ante canem prohibet vacuationes 4. *Aphoriſm.* 5. non alia ratione id facit, niſi quia canicula calefacit & ſiccat aerem vehementer, & intercedente aere corpora noſtra (vt conſtat ex Galeno *in commento*) excalfiunt: *igitur ſi coitio aſtrorum quidquam commodi, aut incommodi adfert ad curationes, id fiet, quia noſtra corpora ab illis ita coeuntibus alterabuntur media aeris alteratione*:

Quomodo aſtra indicent ad curationem.

cæterum *non quæcunque aeris alteratio ex hoc aſtrorum concurſu facta omnibus ad euacuationem noxia eſſe poteſt, ſed aliis erit vtilis, aliis inutilis*: nam nec refrigeratio, nec calefactio, nec alteratio quæpiam omnes iuuat, aut omnibus nocet, ſed omnia hæc iuxta ægrotantis naturam, regionem, ætatem, anni tempus, & morbi naturam iuuant, aut nocent, ergo non ſimpliciter in mutationibus lunæ & aſtrorum debet prohiberi purgatio, aut phlebotomia.

His tamen non obſtantibus, ad dubitationem dicendum eſt, quod licet Galen. non obſeruet mutationes lunæ & ortus & occaſus magnorum ſyderum, nec tamen proinde hãc conſiderationem prætermittendam eſſe, maxime cum grauiſſimorum autorum experientiis magni ponderis, & momenti confirmata ſit: videmus enim lunam & alia aſtra in iis inferioribus magnas mutationes producere, & multum in illis efficere, ſine aliqua notabili primarum qualitatum mutatione, quam inducant in aere, & in corporibus noſtris, aut ſaltem cum in iis inferioribus iuxta mutationes lunæ, & aliorum ſyderum videamus ſæpe, magnas mutationes fieri, ſine eo, quod cognoſcamus aliquam mutationem factam in temperamento manifeſto, & corporis noſtri; conſtat vltra indicationem ſumptam ab aere, & corporis temperamento obſeruandam eſſe,

eſſe, alteram indicationem ſumptam à mutationibus corporum ſuperiorum. *Ob quas cauſas in dictis temporibus non licet phlebotomare, aut purgare, niſi vrgente nimis neceſſitate*; quod ſignificauit Hip. *loco citato*, cum dixit, *vt nec pharmacum quiſquam volens det.*

Corpora ſuperiora ſæpe mutare aerem & corpora noſtra.

Quod autem corpora ſuperiora ſæpe mutent aerem & corpora noſtra ex vi aut proprietate ſui caloris, ſine eo, quod calor, aut alia qualitas manifeſta percipiatur in aere & in corporibus, patet, quia ægri poſt mediam noctem ſolent quieſcere, & leuius habere ob acceſſum Solis ad nos, cum tamen tunc ſępe adhuc vigeat frigus; Item quia ſtirpes ſenſato frigore in aere incipiente Februario germinant, non ob aliam cauſam, niſi quia tunc roboratur illorum calor, non à calore ſenſato, quia talis non adeſt, ſed à proprietate ſolaris caloris appropinquantis ad nos.

Ex quibus omnibus patet, vltra indicationem ſumptam à temperamento aeris & corporis noſtri, obſeruandam eſſe ad curationẽ, alteram indicationem ſumptam à mutatione corporum ſuperiorum, nos afficientium benigne, aut maligne à proprietate ſui caloris, quod videntur philoſophi indicare nomine *influentia*.

cæterum *non quæcunque aeris alteratio ex hoc aſtrorum concurſu facta omnibus ad euacuationem noxia eſſe poteſt, ſed aliis erit vtilis, alius inutilis*: nam nec refrigeratio, nec calefactio, nec alteratio quæpiam omnes iuuat, aut omnibus nocet, ſed omnia hæc iuxta ægrotantis naturam, regionem, ætatem, anni tempus, & morbi naturam iuuant, aut nocent, ergo non ſimpliciter in mutationibus lunæ & aſtrorum debet prohiberi purgatio, aut phlebotomia.

His tamen non obſtantibus, ad dubitationem dicendum eſt, quod licet Galen. non obſeruet mutationes lunæ & ortus & occaſus magnorum ſyderum, nec tamen proinde hãc conſiderationem prætermittendam eſſe, maxime cum grauiſſimorum autorum experientiis magni ponderis, & momenti confirmata ſit: videmus enim lunam & alia aſtra in iis inferioribus magnas mutationes producere, & multum in illis efficere, ſine aliqua notabili primarum qualitatum mutatione, quam inducant in aere, & in corporibus noſtris, aut ſaltem cum in iis inferioribus iuxta mutationes lunæ, & aliorum ſyderum videamus ſæpe, magnas mutationes fieri, ſine eo, quod cognoſcamus aliquam mutationem factam in temperamento manifeſto, & corporis noſtri; conſtat vltra indicationem ſumptam ab aere, & corporis temperamento obſeruandam

eſſe,

eſſe, alteram indicationem ſumptam à mutationibus corporum ſuperiorum. *Ob quas cauſas in dictis temporibus non licet phlebotomare, aut purgare, niſi vrgente nimis neceſſitate*; quod ſignificauit Hip. *loco citato*, cum dixit, *vt nec pharmacum quiſquam volens det.*

Corpora ſuperiora ſæpe mutare aerem & corpora noſtra.

Quod autem corpora ſuperiora ſæpe mutent aerem & corpora noſtra ex vi aut proprietate ſui caloris, ſine eo, quod calor, aut alia qualitas manifeſta percipiatur in aere & in corporibus, patet, quia ægri poſt mediam noctem ſolent quieſcere, & leuius habere ob acceſſum Solis ad nos, cum tamen tunc ſępe adhuc vigeat frigus: Item quia ſtirpes ſenſato frigorę in aere incipiente Februario germinant, non ob aliam cauſam, niſi quia tunc roboratur illorum calor, non à calore ſenſato, quia talis non adeſt, ſed à proprietate ſolaris caloris appropinquantis ad nos.

Ex quibus omnibus patet, vltra indicationem ſumptam à temperamento aeris & corporis noſtri, obſeruandam eſſę ad curationẽ, alteram indicationem ſumptam à mutatione corporum ſuperiorum, nos afficientium benigne, aut maligne à proprietate ſui caloris, quod videntur philoſophi indicare nomine *influentiæ.*

QVÆSTIO XI.

Vtrum data æquali neceſſitate, purgationis & ſanguinis miſſionis incipiendum ſit, à ſanguinis miſſione, an contra.

Quod à purgatione

NOnnulli exiſtimant, *à purgatione* ordiendum eſſe, poſita ęquali neceſſitate vtriuſque remedii: & confirmant ſuas partes, ea

1. potiſſimum ratione, quia *ab eo remedio debet Medicus prius incipere, quod eſt leuius & minus periculoſum; ſed purgatio reſpectu phlebotomia eſt remediū minus periculoſum; Ergo ab ea potius incipiet poſita æquali neceſſitate*: diſcurſus eſt optimus: minor vero probatur in muliere vtero gerente in mediis menſibus exiſtente, quo tempore poſita ęquali neceſſitate vtriuſque remedii, incipiendum eſt à purgatione: quod autem purgatio in dicto tempore ſit remedium minus periculoſum, oſtenditur, quia in vtero gerentibus, de quib. ſermo eſt, illud erit remedium periculoſius, ex quo facilius ſequitur aborſus; ſed à phlebotomia, toto geſtationis tempore ſequitur aborſus iuxta ſententiam Hipp. 5. *Aph.* 31. non vero à purgatione, vt colligitur ex *eodem* 4. *Aph.* 1. Ergo, &c.

Opinio autoris. Quod à vena ſectione.

His tamen non obſtantibus ad quæſtionem reſpondendum eſt vnica concluſione, quę talis eſt: *præſente aliquo affectu duo illa remedia æqualiter requirente, ordiendum eſt à ſanguinis miſſione:* hæc

hæc concluſio probatur in primis autoritate Gal. *Epid. comm. 1. text. 6.* vbi habet hæc verba; *Quod ſi vtroque auxilio ipſe homo indigeat, à venæ ſectione incipiendum eſſe notiſſimum eſt*; Eadem ſententia legitur apud Hipp. 4. *de ratione vict. text. 21.* vbi differens Hipp. de ægritudinibus, quæ vtroque auxilio egent, inquit, *nam venæ ſectio in his præferenda venit.* Eandem confirmauit Tral. *cap. de melancholia:* Eandem tenet ex Recent. inſignis Valeſ. 7. *controuerſ. cap. 9.* & Amatus *1. cent. 16.*

Ratione deinde ſuadetur eadem ſententia; quia *ab eo remedio debemus incipere, quod eſt vniuerſalius; ſed phlebotomia eſt vacuatio vniuerſalior, quam purgatio: Ergo.* Minor probatur, quia vt colligitur ex Gal. 2. *Aph. 17.* ex eo diſtinguitur phlebotomia à purgatione, quia phlebotomia omnes humores indifferenter euacuat; purgatio vero ad vnũ certum determinatur, vt latius *quæſtione prima huius capitis* viſum eſt. *Rationes.* *1.*

Secundo idem oſtenditur, quia purgatio fœlicius ſuccedit poſt phlebotomiam, quam ante; Ergo à phlebotomia erit ordiendum, poſita æquali neceſſitate vtriuſque remedii; antecedens probatur, quia *tunc purgatio fœlicius ſuccedet, quando via & meatus per quos debet fieri, fuerint laxiores, & magis deobſtructi*, iuxta ſententiam Hip. 2. *Aphor. 9. ſed poſt ſanguinis miſſionem ſunt laxiores & magis deobſtructi*, deonerata, 2.

ſcilicet, natura, & depoſita ſanguinis copia; *Ergo*: præſertim cum ipſa expurgatio multoties citra pharmacum ſoleat ſanguinis miſſionem conſequi: multis enim aluus humectatur aut prouocatur vomitus, aut ſudores fluunt, iuxta ea, quæ tradit Gal. 1. *Aph* 23. de ſanguinis miſſione vſque ad animi deliquium, verba faciens.

Tertio confirmatur eadem ſententia: *quia ab eo remedio debet Medicus prius incipere, quod eſt leuius & minus periculoſum; ſed phlebotomia ita ſe habet*: *Ergo*. Maior patet, quia à leuioribus curatio debet incipere iuxta communem Medicorum ſententiam; conſequentia bona eſt: minor vero oſtenditur autoritate Galeni *libr. de venæ ſectione aduerſus Heraſ. cap.* 10. & *libr. de ſang. miſsione cap.* 12. quibus locis, vniuerſaliter & abſoluto ſermone concludit, purgationem periculoſius remedium eſſe phlebotomia, ob multas cauſas, ob quas 2. *acut. vnd.* in morbis acutis præfertur phlebotomia purgationi, in cuius rei confirmationem accedit vulgare dictum: quod phlebotomia ſit in manu Medici, non ſic autem purgatio, ex quibus omnibus manifeſte colligitur, purgationem melius fieri miſſo ſanguine, quam è contra.

Iuxta hanc ſententiam, facilis erit reſponſio, ad [illegible] *in initio huius quæſtionis* pro parte contraria factam; dicendum enim eſt,

pur-

purgationem perpetuo eſſe periculoſius remedium phlebotomia, quod expreſſe colligitur ex Galeno *locis ſupra citatis*; & in grauidis illud expreſſe ſentit Auer. 7. *collig. cap. 4.* adducens cauſam, *quia medicinæ purgantes prouocant menſes, cum ſint fere omnes vrinæ prouocatiuæ*; quæ autem menſes prouocant, etiam abortire faciunt, quamuis Muſa 4. *Aph. 1.* & 5. *Aph. 31.* in primis menſibus afferat, purgationem eſſe periculoſiorem, in vltimis vero phlebotomiam.

Cur purgatio ſemper ſit periculoſior phlebotomia.

Nec obſtat, quod inquiunt, ex phlebotomia toto geſtationis tempore ſequi aborſum, non autem ex purgatione, ac proinde, phlebotomiam eſſe in grauidis periculoſius remedium.

Non, inquam, obſtat, quia phlebotomia in grauidis fit abundante ſanguine, in quo caſu non multum nocet, quia non detrahit alimẽtum fœtui, ex cuius defectu ſequebatur aborſus; & licet aliquid alimenti detrahatur, illud tamen cibis & aliis velociter nutrientibus magna ex parte reſtaurari poteſt; cum tamen incommoda purgationis multo deteriora ſint, ſcilicet nimia agitatio & commotio corporis & fœtus expurgatione & crebra deiectione, quæ etiam auget febrem, itaque *duo remedia dicta in prægnantibus periculoſa ſunt ſemper, phlebotomia maxime in vltimis menſib.* iuxta Hipp. 5. *Aphor. citato, minus autem in primis & mediis, ſed pur-*

gatio perpetuo, & in omni tempore periculoſior eſt, quam phlebotomia, vt quotidianum experimentum oſtendit.

Ad Hip. ergo 5. *Aph. citato,* dico, ex eo non colligi, ex phlebotomia toto geſtationis tempore ſequi aborſum, cum enim fiat in ſanguine ſuperabundante, vt diximus, nullus adeſt aborſus timor, cùm non ſubtrahatur alimentum fœtui. Vel dico, Hip. de magna & copioſa phlebotomia ab antiquis vſitata, eſſe intelligendum, vt dilucide exponit Fuch. *in commento prædicti textus, & ſupra* viſum eſt, *quæſtione 6. huius cap.*

QVÆSTIO XII.

Quid ſit vomitus, & à quibus cauſis oriatur.

Vomitus quid. VOmitus, qui *deprauatus quidam ventriculi motus* eſt, *quo ſuperne & per gulam, id, quod ipſum moleſtat, expellere nititur*: cauſam exponit

Quæ cauſa. Galen. 3. *de cauſ. ſympt. cap.* 2. eaſque tres potiſſi-

1. mum eſſe oſtendit. *Prima* ſi in ventriculo continentur, quæ illum ſua *multitudine* grauant, ſiue alimenta, ſiue excrementa fuerint, ad quæ reiiciẽda incitatur ventriculus, ea non ferẽs. Quia autem homines ſæpenumero plura ſumunt, quam concoquere poſſint, ideo Hipp. 1. *de ratione victus* biduo, ſingulis quibuſq; menſibus vomitum, plenitudinis inaniendæ cauſa, concitandum eſſe conſuluit.

2. Cau-

2. Cauſa eſt, vbi propter cruditatem, alimentum, quod ingeſtum eſt, acidum, vel nidoroſum, vel amarum, vel acre fit, tunc enim ſua *qualitate* ventriculum infeſtat, ac mordicat, atque adeo ad vomitum irritat, id quod etiam accidit, vbi excrementa, quæ vel in vētriculo nata ſunt, vel in hunc ex vniuerſo ſunt deriuata corpore, fuerint vel biliosa, aut pituitoſa, aut ſeroſa: nam & hęc quoq; ventriculum infeſtant, ac mordicāt, ac proinde ad vomitum impellunt. 3. Quando aliquid præternaturam in ventriculo continetur, quod nec grauat, nec mordet, præternaturā autem definit, *quidquid, poſteaquam eſt concoctum, alere non valet.* Cæterum hoc loco dubitabit aliquis, quomodo Gal. tres tantum vomitus cauſas *loco citato* numeret, ſcil. grauationem, morſum, & rem præter naturam? ratio dubitandi eſt, quia Gal. perpetuo duo tantum priora numerat, & quando tertium addit, quod facit 2. *de naturalibus facult.* 12. numerat molem. 2. 3. Dubia. 1.

2. Dubitatio eſt, quomodo Gal. reiiciat à nutritione ſanguinem & dulcem pituitam, cum ſola cocta ſint, quæ alunt. 2.

3. Quomodo præternaturam appellet, id, quod, poſteaquam coctum eſt, alere non poteſt? ſiquidem coctio, vt conſtat ex eodem Galen. conuerſio eſt alimenti in qualitatem corpori familiarem, ac conuenientem. 3. Coctio quid

Ad

Ad primum dico obiectum expultricis eſſe noxium; quod quidem à Gal. vniuerſaliter ſecatur in grauans & mordens, ideoque Galen. perpetuo ſola duo hæc expultricis obiecta numerat, in vtero autem eſt alia ſpecies, noxii, videlicet, moles fœtus, cuius meminit Galen. *citato*, ſicut in ventriculo res præter naturam, cuius meminit *3. de cauſ. ſympt. citato*.

Ad 2. Ad 2. dico ſanguinem, & pituitam in vaſis naturales humores eſſe, ac proinde nutrire corpus noſtrum hæc ſola; at vero in cauitate ventriculi, præter naturam eſſe, & non alere, imo potius corrumpere; nihil enim alit, niſi ſit ſecundum naturam, vt patet ex Gal. 2. *de differentiis feb. cap. 6.* Cum ergo ſanguis in ventriculum effuſus facile corrumpatur, vt ex Hip. 6. *Aph.* 20. liquido conſtat, non mirum eſſe eum alere non poſſe, licet ſit benignus humor, & aptus, vt in ſubſtantiam corporis vertatur; ſic lac ſubſtantia eſt familiariſſima, attamen in ventriculo corruptum multorum eſt cauſa malorum.

Ad 3. Ad 3. dico, concoctionis nomen hoc loco in altera eius ſignificatione vſurpari, pro ea ſcilicet, quæ partim naturalis eſt, partim præter naturam, hoc eſt, pro ea, quę quidem ab innato ventriculi calore fit, non tamen ab eo, qui prorſus vincit, eo quod materia, quæ concoquitur, non penitus benigna, ac animanti

fami-

familiaris ſit. Hac ratione concocta dicuntur ea, quæ à ventriculo alterata, & euicta ſunt, & de hac coctione loquitur Hipp. *1. Aph. 22.* vltra quam eſt alia vera, quæ *3. de cauſ. ſymp. 1.* definita eſt.

QVÆSTIO XIII.

Vtrum vomitus ſit vacuatio naturalis, an præter naturam.

NOnnulli eius ſunt ſententiæ, vt exiſtiment vomitum vacuationem eſſe naturalem, ducti rationibus & Gal. autoritatibus, & in primis illud probant, quia *illa eſt vacuatio naturalis, quæ fit per locum conuenientem, ſed inter conuenientes regiones ventriculus numeratur: Ergo.* *Affirmatiua.*
1. Minor oſtenditur ex Gal. 1. *Aphor. comment. 21.* vbi inter conuenientes regiones commemorat inteſtina, ventrem, & veſicam, inteſtina quidem ad deiectiones: ventrem vero ad vomitum. 2. Eadem ſuadetur ſententia, quia *ille motus eſt ſecundum naturam, cui ab eadem inſtrumenta ſunt præparata: ſed natura ventriculo ad vomitum tribuit inſtrumenta: Ergo.* Maior colligitur ex Galen. *6. de plac. cap. 1.* minor vero ex eodem deducitur *4. de vſu part.* vbi habetur, naturam ventriculo duas dediſſe tunicas, & duplices villos, internam ſcilicet ex longis conſtantem ad attrahendum, & externam ad expel-

pellendum ex tranſuerſis: ex quibus manifeſte ſequitur (inquiunt huius opinionis autores) expulſionem, quæ ex ventriculo fit per æſophagum, naturalē eſſe, ſiquidem illi præparata ſunt à natura inſtrumenta ſcil. villi illi tranſuerſi. *Tertio* ſuadetur eadem ſententia,
3. quia *illa vacuatio, quæ ab arte non fit & confert, eſt naturalis, ſed vomitus eſt talis vacuatio; Ergo.* Maior eſt Gal. *lib. aduerſus Iulia. cap.* 5. vbi ſic ait: *At nos quoties alicui, nullo ſumpto medicamento vomitus accidit, aut multa contingit inferior vacuatio, ſiue ea per inteſtina, ſiue per vterum fiat mulieris, huiusmodi omnia natura facta eſſe dicimus, ſiue naturaliter, eaq; ipſa cum manifeſto ægrorum emolumento imitamur;* quod autem vomitus conferat, colligitur ex Hip. *lib. de ſalubri diæta* 22. vbi ſingulis menſib⁹ vomitum hominibus ſanis, & ad tuendam valetudinem commendat, quem tamen minime commendaret, ſi vomitus vacuatio eſſet præternaturalis.

4. *Quarto* confirmatur prædicta ſententia, quotidiano canum experimento, relato etiã à Gal. *lib. de ſang. miſſ. aduerſus Heraſ. cap.* 7. *Canis enim nunquam tam ſtudioſe ſibi, cùm eſt repletus, vomitum pararet, niſi vomitus vacuatio eſſet naturalis:*
5. *alias non liber canis à repletione euaderet.* *Vltimo* confirmatur hæc ſententia autoritate Galen. 5. *de locis cap.* 4. vbi duplicem æſophagi vſum agnoſcit, nempe vorare, & vomere: & autoritate

tate Hip.1. *Aph.2.*& 4. *Aph.*12.& 1. *de humoribus* 12. quibus locis vomitum vacuationem eſſe naturalem perſpicue dixit.

His tamen non obſtantibus in contraria opinione, & probabiliori videtur eſſe noſter Gal. qui non ſolum *3. de cauſ. ſymp. 2.* ſed multis aliis in locis vomitum vacuationem eſſe præternaturalem oſtendit: nam *5. Meth. cap. vnd.* id docere videtur, dum inquit, vẽtrem vtrinque purgari poſſe, ſurſum quidem per vomitum: deorſum vero *ſecundum naturam*: quæ verba inſinuant, vacuationem, quæ fit per vomitum, non eſſe ſecundum naturam: id ipſum videtur Gal. inſinuare 11. *Meth. cap. 9.* & clarius *lib. de differentiis ſympt. cap. vltimo*, vbi ita ſcriptum reliquit: *aliqua enim, quamuis toto genere præternaturam ſint, veluti ſanguinis per nares perfuſio, vel vomitus, vel ſanguinis deiectio, &c.* & paucis interpoſitis, inquit: *Sanguinis namque perfuſiones & vomitiones toto genere præternaturam eſſe dixerit quiſpiam*: præterea *3. de cauſ. ſympt. cap.* 4. ſic habet: *at venter quidem cum pro naturæ lege ſe habet, trahit quidem ad ſe ſuperne per ſtomachum, deorſum vero excernit*: quæ omnia manifeſte oſtendunt, vomitum eſſe præternaturalem euacuationem. *Negatiua autoritates.*

Ratione deinde ſuadetur eadem ſentẽtia, quia *illa vacuatio dicetur præternaturalis, quæ laborem infert, doloremque mouet: ſed vomitus* *Ratio.*

eſt huiuſmodi: *ergo*. Maior colligitur ex Ariſtotele *quæſtione decima nona*, & 38. *ſectionis quintæ*. 2. dicta ſententia confirmatur; quia *ſi vomitus eſſet vacuatio naturalis, homines ſine ea vitam citra noxam tranſigere minime poſſent*: *ſed tranſigunt*, vt apparet in multis perfecte ſanis, qui nunquam vomuerunt: *Ergo*.

Vomitus quot cauſis fiat. Hanc controuerſiam facile poterit vnuſquiſque dirimere, ſi prius aduertat, quod ſcripſit Galen. 3. *de cauſ. ſymp* 2. nempe vomitum *tribus de cauſis* contingere, quod etiam proxima quæſtione viſum eſt, aut propter humorũ vel ciborũ multitudinem, aut eorum mordacitatem aut quia aliquid præter naturam in ventriculo continetur.

Vomitus duplex ſignificatio. Inſuper aduertendum eſt, vomitum bifariam poſſe conſiderari, vel *ratione partium ventriculi, vel vtilitatis earum partium, & totius corporis lib. de differentiis ſympt. cap. 6.*

Tertio aduertendum eſt, ſecundum priorem conſiderationem ſic definiri vomitum à Galen. 3. *de cauſ. ſympt.* 2. eſt *ſymptoma à prauo expultricis facultatis motu obortum*, ſecundum vero poſteriorem ſic. Eſt *euacuatio per ſuperiora eorum quæ in ventriculo continentur, illumque grauant, & moleſtant* ex Galeno 1. *Aph.* 2.

Reſponſiones ad oppoſita. His ſic animaduerſis, ad rationes in oppoſitum adductas *in initio huius quæſtionis*, non erit difficile reſpondere. 1. Ad primam neganda eſt ma-

maior propoſitio, nam fluxus ſanguinis narium ex eodem Galeno *1. Aphoriſm. citato* per conuenientem regionem fit, & tamen dicitur vacuatio præter naturam *3. de cauſ. ſymp.*

Ad 2. dico, villos illos tranſuerſos æſophagi præparatos quidem eſſe, & à natura creatos, ad expellendum deorſum verſus ventriculum, ſi quid in ipſa gula hæret, non vero ad vomendum. *Ad 2.*

Ad 3. dico, vomitum ſiue fiat ab arte, ſiue à natura, ſi tempeſtiue fiat, dici vacuationem naturalem, conſtat hoc aperte ex Galeno *libr. de ſectis ad eos, qui introducuntur cap. 9.* vbi docet, quod quamuis nonnulla etiam toto genere præter naturam ſint, veluti ſanguinis per nares profuſio, vel vomitus, vel ſanguinis deiectio, vel hæmorrhois, vel aliud eiuſmodi: tamen præter naturam adhuc non eſſe, *ſi modo tempeſtiue fiant*, quod ſimiliter docuit *6. de plac. cap. 1.* ſi autem vomitus ab arte, vel à natura factus, intempeſtiue fiat, præter naturam cenſendus erit, fiet autem tempeſtiue, cum id, quod contriſtat expellitur. *Ad 3.* *Vomitus quando ſit naturalis & quando non.*

Ad reliquas vero autoritates, quibus nonnulli proterue videntur probare, vomitum vacuationem eſſe naturalem. Dico, illud quidem eſſe verum, ſi loquamur de vomitu tempeſtiue facto, & cum patientis vtilitate, quo pacto alias vacuationes, quæ quidem in ſe

ſymptomaticæ & præternaturam dicuntur; ſi tamen tempeſtiue fiant, hoc eſt, in diebus criticis & præcedentibus ſignis manifeſtæ coctionis, naturales appellamus; ſi vero vomitus ratione partium ventriculi ſpectetur, & vt eſt ſymptoma à prauo motu facultatis expultricis obortum, motus erit violentus, & contra naturam; tunc enim obliquæ tranſuerſæque fibræ, vna magnoque conatu propellunt, & recte æſophagi oppoſito motu agunt, quam natura poſtulet.

Ad autoritatem vero Gal. 5. *de locis citato*, dicendum eſt, eum duplicem æſophagi vſum agnoſcere: vnum quidem naturalem, ſcilicet vorare: alterum præter naturam, nempe vomere, ſi autem *lib. de ſectis* 8. vel *alibi* Galenum ſenſiſſe vomitum, vacuationem eſſe naturalem, quiſpiam dixerit, de naturali, vt ſequitur ad vires ſeu opera naturæ, intelligendus erit, quo pacto etiam motus lapidis ſurſum aliquando naturalis dicitur, viribus ſcilicet naturę factus, cum tamen contra naturam ipſius lapidis ſit: eodem modo tuſſis, ab eodem Galeno naturale dicitur accidens, *3. de cauſ. ſympt.* cum tamen ſit motus voluntarius.

Vel potius dico, iuxta tradita, vomitum poſſe dici vacuationem naturalem, *ſi naturale accipiatur pro vtili*, vt ſumitur *libr. de differentiis ſympt. cap. vltim.* & *14. Meth. cap.* 14. aut pro eo, quod

quod opponitur artificiali, vt accipitur 1. *Aphor. 2.* Si vero naturale dicat vſum partis potiſſimum à natura intentum, tunc vomitus vacuatio erit præter naturam: *præcipuus enim vſus ventriculi, intentus à natura eſt attrahere per villos rectos tunicæ internæ, & expellere deorſum per villos tranſuerſos tunicæ externæ.*

Nec obſtat, quod 5. *de locis* & 3. *de naturalibus facult.* aſſeritur ventriculum etiam habere vſum vomendi & huic inſeruire dictam tunicam externam habentem villos tranſuerſos: nam licet ea tunica etiam ſeruiat ad vomendum, potiſſimus tamen eius vſus intentus à natura eſt expellere per partes inferiores: *ſimpliciter itaque vomitus vacuatio eſt præternaturam, nam licet fiat natura operante, tamen natura non operatur libere; ſed coacta ab aliqua cauſa præternaturam*; quod ſufficit vt talis vacuatio ſimpliciter ſymptomatica & præternaturalis dicatur, vt conſtat ex 2. *de cauſ. ſympt. cap. 3. circa finem* & *cap. 4. in principio.*

QVÆSTIO XIV.

Num clyſteris vſus ſit vtilis, & an debeat perpetuo præcedere phlebotomiam.

QVod attinet ad priorem quæſtionis partē dicendum eſt, ꝙ cum multa ſint incōmoda, quę hominib. contingunt ob vētris cō- *Quod ſit vtilis.*

ſtipationem,vt quotidianum teſtatur experimentum,patet vſum clyſteris vtiliſſimum eſſe & maxime neceſſarium.

Vnde fuerint inuẽti.

Referunt autem receptum fuiſſe *à Ciconia*, recitante Galeno *in introductorio Medicorum*, quæ collecta aqua maris roſtrum podici aptãdo excrementa expurgat. Eo tamen non erit vtendum ante deſcenſum alimenti ad inteſtina,ob quam cauſam Galen. 8. *Meth.* 5.in cruditate nidoroſa quamdiu alimentum cõtinetur in ventriculo, non concedit clyſterẽ, ſed tantum poſt deſcenſum alimenti ad inferiora, quod ſi cibus adhuc in ventriculo contineatur,optime docet Aet.*lib.*5.*cap.*71. & *libr.* 12.23.quod per vomitum vacuetur, & poſtea ſequatur phlebotomia.

Clyſterem perpetuo poſt phlebotomiam eſſe iniiciendũ.

Quod vero attinet ad poſteriorẽ quæſtionis partem,nonnulli ſibi perſuadẽt clyſterem perpetuo poſt phlebotomiam eſſe iniiciendum,idque deducunt in primis ex Hip.*4.acut.* 75.cum enim *textu præcedenti*, de copioſa ſanguinis miſſione egiſſet,adiungit,*& clyſterem poſtea exhibebis*:Eadem ſententia colligitur ex Auic. 1.4.*tract.*2.*cap.*7. vbi facta phlebotomia conuertit ſe ad clyſteris adminiſtrationem,&

Autoritates.

1.*tertii,tract.*3.*cap.*3.vbi ait: *poſtquam phlebotomaueris,vtere clyſtere valde leni*: rurſus idem Hipp. in eadem videtur eſſe ſententia 4.*acut.text.*19. vbi agens de affectibus, qui ſanguinis miſſione in-

ne in-

ne indigent, ſic habet: *Venæ ſectio*, inquit, *in his præferenda venit, deinde clyſteribus opus eſt*: Ad hęc Galen. 2. *de comp. medicam. Secundum locos cap.* 10. eandem videtur ſequi ſententiam, dicens: *Deinde venæ ſectio è cubito & alui euacuatio per validum clyſterem:* præterea idem Gal. *1. ad Glauc. cap. de cura quartana* monet venæ ſectionem exercendam eſſe, & poſt illam clyſteribus vtendum, quæ quidem (inquiunt huius opinionis autores) ſi à vulgaribus Medicis aduerterentur, non ita tam ſtulte paſſim inſanirent, docentes & iubentes apud ægros, quorum curam habent, venæ ſectioni clyſterem eſſe præferendum, quod quantum erroris habeat, rationibus etiam demonſtrant. *Primo*, quia *tunc venæ ſectio eſt facienda, cum venæ melius poſſunt ſecari, & ſanguis per eas melius poteſt exire, nec percolatus, ſed ſi clyſter antecedat ſanguinis miſſionem, venæ non poterunt commode ſecari, nec ſanguis, niſi percolatus exire. Ergo.* Minor oſtenditur, quia partes internæ infuſione calidi clyſteris calefactæ, ita ſanguinem & ſpiritum à venis & arteriis auocant, vt partes exteriores deſtitutæ calore naturali, frigidiores euadant, & ita inanitæ, vt nec commode ſecari poſſint, nec ſanguis exire. *Rationes.*

Corroboratur hæc eadem ratio, ex eo, quia *ſi prius venæ ſectione clyſter infundatur per cõtinuam ægri de lecto ad expellendum ſtercus ſurrectionem cor-*

pus refrigerabitur, & calor ſanguinis ita tepeſcet, vt ad exitum reddatur ineptus. Praterea venæ adhibito prius clyſtere ferme expulſione facta, exiles fiunt, detumeſcunt, concidunt ac relaxãtur, ob quas cauſas, vt ſæpiſſime experimur, venæ ſectio cõmode exerceri nõ põt, aut ſi exerceatur, bon⁹ ſanguis (qui à vulgo cõmuniter excolatus appellatur) non tamẽ vitioſus erit.

Poſtremo ſuadetur prædicta ſententia ratione quadam deſumpta ex Gal. 2. *de comp. med. ſecundum locos citato* & relata ab inſigni Valeſ. *in ſuo Meth. medendi lib. 4. ca. 2.* quæ talis eſt: *quandocumq́; duo remedia contraria vni morbo conueniũt, ita vnum à Medico erit exercendum, quod reliquum non impediat, ſed ſi clyſter præcedat phlebotomiã, mutuo ſe impedient, non ſic autem ordine inuerſo: Ergo.* Minor probatur, qa clyſter trahit ab externis humores ad interna, phlebotomia v. ab internis ad externa: Ergo ſi clyſter præcedat phlebotomiam, cum regulariter duret adhuc motus humorum ad interna per clyſterẽ factus, mutuo tales vacuationes ſe impedient, quod quantum nocumenti afferat, notius eſt, quam vt multis probari debeat.

Quod autem clyſteres trahant humores à partibus externis, & remotis conſecutione quadam oſtenditur, quia primo ad inferiorẽ ventris partem mouẽtur excrementa, & materiæ communes, quibus inteſtina & venter inferior abundare ſolet, hæ autem per mo-

dum ſequelæ alias attrahunt materias, ad quã attractionem materię exiſtẽtes in venis propter motum & agitationem illarum materiarum communium etiam moueri ſolent, quod mirum videri non debet, quia *clyſter non ſolum vacuat, quæ in inteſtinis ſunt, ſed etiam ob reuulſionẽ, ea quæ ad caput feruntur*, vt Gal. ait 2. *de compoſitione medicament. citato*: quo loco oſtenditur, clyſterem vim habere attrahendi materias, per viam ſequelæ à ſuperioribus ad inferiora, ob quam cauſam illis, qui clyſterem ſumpſerunt, ſæpenumero accidit debilitas, ac animi defectus, quib⁹ etiam viſus deficere ſolet propter bilis agitationem, verſus ipſius ventriculi os: Cum ergo humores agitentur & diuertantur per clyſteris infuſionem prius exhibiti, ſequitur aptos non eſſe, vt bene vacuentur per venæ ſectionem, ſi clyſter eam præcedat, ob quã cauſam Auicen. 10. *tertij ca. de cura pleurit.* prohibet venæ ſectionem, cum quis ſemel aut bis in die aſſellarit, cum tamen venæ ſectio in pleuritide maxime neceſſaria ſit. Ex quibus omnibus luce clarius oſtenditur (inquiunt huius opinionis autores) in omnibus morbis, qui auxilio venæ ſectionis indigent, quique de præſenti curationem requirunt, ſemper venæ ſectionem clyſteri præferendam eſſe, & poſt illam clyſterem eſſe iniiciendum.

His tamen non obſtantibus oppoſitũ ſua-

Clyſteres venæſectionibus eſſe præmittendos. Autoritates.

detur, non ſolum ex communi practicantium obſeruantia, ſed etiam ex Auic. 4.1.ca. 20. dum inquit, *caue, ne phlebotomes fæce ſicca in inteſtinis exiſtente, ne deferatur in partes principes, & poſt quam fæx humida eſt magis parata fluxui, non phlebotomes, donec natura ſit exonerata vtroque excremento*: quā ſententiam confirmat Zoar *lib.1.tract.8 ca.18.* vbi præcipit, phlebotomiam non eſſe faciendam, niſi præ aſſumpto alimento concoctum ſit & euacuatum: quod vlterius obſeruauit Gal. *9. Meth. cap.4. in cura febris ſynochæ*, in qua in prima die præſente cruditate ventriculi, non phlebotomat, cum tamen in illa maxime vrgeat neceſſitas phlebotomiæ; ratio eſt, ne ſcilicet corpore inanito per phlebotomiam humores crudi rapiātur ad vaſa, quod valde noxium eſt: ob quam cauſam, quando in ventriculo adeſt multitudo prauorum humorum, non conuenit phlebotomia ante illorum vacuationem, quod ſignificauit Auic. *1. 4. tract. 2. cap. 45.* in quem vſum multi practici non ſolum vtuntur clyſtere ante phlebotomiam, ſed ſtatim in initio morborū acutorū ante phlebotomiam ſolent exhibere aliquod lenitiuū, quod euacuet dictos prauos humores in vētriculo, & primis vaſis contentos. Prædictam ſententiam ſequuntur non ſolum Aet. *Tetrab. 2 ſerm. 1. cap. 71.* ſed etiam Paul. *lib. 2. cap. 21.* & *lib. 6. cap. 40.* & Auer. *7. collig. cap. 1.* & Rhaz. *9. ad*

Almanſ.

Digitized by Google

Almanſ. 21. quem ſequitur Actuarius 3. *Meth.* 18. quibus locis præcipiunt, ne fiat ſanguinis miſſio, niſi poſt corporis mundificationem.

Iuxta hanc ſententiam, ad autoritates oppoſitum ſuadentes, dicendum eſt *reuera & regulariter, vſum clyſteris conuenire ante phlebotomiã*: nec id negare Hipp. nec Auicen. *locis citatis*, ſed ſolum ſignificare, poſt phlebotomiam, etiam conuenire, quod verum eſt, quia ob retractionem phlebotomiæ ſæpe ſequitur ſiccitas alui, & natura regulariter poſt phlebotomiã dirigit humores aliquos excrementitios ad inteſtina, ad quos expurgandos conuenit clyſter, prçſertim ſi ſit acris, de quo intelligẽdus eſt Hippoc. *citato*. *Praterea* poſſumus dicere, quod licet regulariter obſeruari debeat, quod dictum eſt, tamen vrgente neceſſitate, ſi clyſter paratus non ſit, poteſt fieri phlebotomia, & proxime poſt hanc ſequetur clyſter ad dictum vſum, morbus enim adeo ita ſæuit, vt in angina, & aliis ſimilibus affectibus contingit, vt phlebotomia non patiatur aliquam morã, ſed ſtatim fieri poſtulat, vt optime aduertit Brahau. *2. de ratione curandi cap.* 3. *Reſponſiones ad oppoſita.*

Ad rationes vero dico, eas quidem recte concludere, ſi phlebotomia fiat ante integrã clyſteris operationem, vt vulgariter fit, cum enim motus humorum factus à clyſtere contrarietur phlebotomiæ, vt *ſupra* viſum eſt, ſe-

Digitized by Google

quitur mutuo ſe impedire, & quamplurima incommoda inde prouenire *ſupra* relata. *Aduertant igitur poſt hac praxim exercentes, ne phlebotomiam exerceant ſtatim poſt clyſteris infuſionem, ſed multo poſt, tantoque tempore, quo ſcilicet, motum humorum clyſterisque operationem finitam eſſe cognouerint:* alias enim ſecurius erit clyſterem poſt phlebotomiam iniicere, vt optime aduertit Valeſ. *in ſuo Meth. medendi 4. cap. 2.* ob cauſas, quas *ibidem* ſtudioſus poterit videre, quo loco per vnam aut duas horas ante phlebotomiam clyſterem iniiciendum eſſe docet.

QVÆSTIO XV.

Vtrum dentur clyſteres nutrientes.

Negatiuæ rationes. I. PArs negatiua huius quæſtionis à multis oſtenditur, in primis, quia *illa ſola quæ per os ſumuntur, nutrire poſſunt. Ergo iniecta per clyſteres minime nutrire poterunt.* Aſſumptum probatur autoritate Gal. *1. de naturalibus facult. cap.* 10. vbi, *vnus omnibus cibis introitus eſt*, & 4. *de vſu part. 1.* vbi docet, animales particulas per os nutriendas eſſe.

2. 2. *Id, quod nutrit, neceſſario debet pertranſire tres coctiones, ſcilicet primam, quæ fit in ventriculo, ſecundam, quæ fit in iecore & venis, & tertiam, quæ fit in poris membrorum,* iuxta ſententiam Galen. 3. *de temp. cap 1. ſed iniecta per clyſteres non tranſeunt illas*

illas tres coctiones,ſiquidem ventriculum non attingunt: Ergo nutrire non poterunt: minor colligitur ex Galen. 5. *Meth.* 11. vbi expreſſe inquit: iis,qui ventriculo vicina ſunt,ſuccurrendum eſſe per commeſta & bibita,iis vero,quæ inferius ſita ſunt,per ea,quæ iniiciuntur, cauſam adducens, *quia nec ad ea, quæ ventriculo vicina ſunt,ſubire poteſt,quod per ſedem iniicitur:* Eadem ſententia legitur apud eundem Gal. 13. *Meth.* 16. vbi docet, *clyſteria ad ieiunum inteſtinum non poſſe aſcendere,etiam ſi valde nitaris*,hoc eſt,ſyringa propellas, ſi igitur illa, quæ per aluum inferiorem iniiciuntur ad ieiunum omnino peruenire non poſſunt, quod inferius multo eſt,quomodo ad ventriculum peruenient.

Vltimo corroboratur prædicta ſententia, quia apud Galen. Hippocr. & Auicen. nulla horum clyſterium nutrientium ſit mentio. 3.

His tamen non obſtantibus, in oppoſita ſententia videtur eſſe vulgatiſſima praxis, quæ in mulieribus præfocatione vteri laborãtibus,atq; in viris in eo ſtatu cõſtitutis,vt ſumma eorũ debilitas exigat cibũ, & ipſi non poſſint accipere,vtitur clyſterib. paratis ex re aliqua nutriente optimi ſucci, & facilimæ nutritionis,vt ex *lacte,ptiſana,vino,ouis,iure gallinæ*, aut ex *ſucco expreſſo ipſius gallinæ*, quam ſententiam inuexit Auenz. *primo ten.* & *ca.* 18. *trac.* 10. quẽ ſe- *Affirmatiua.*

qui-

quitur fere omnis Arabum ſchola:& Alex. Benedictus *lib.2.ſuæ anat. cap.6.* Eandem ſententiam confirmat experimentis Muſa 2. *Aphor.* 15.& Amatus *lib.*1. *cent. vltima*, & alii qui per multos dies ſuos ægros ſolis rebus nutrientibus per clyſterẽ iniectis,ſuſtinuerunt: In eadem etiam ſententia videtur fuiſſe Celſ. *lib.* 3. *cap.*19.

Reſponſiones ad oppoſita.

Iuxta hanc ſententiam,quam tanquam veriorem & experientiæ conſonantiorem amplectimur,ad rationes & autoritates in oppoſitum adductas non erit difficile reſpondere.

1. Ad *primam* ergo rationem, negandum eſt antecedens, & ad Gal. *locis citatis* aſſerentem, vnum eſſe omnibus cibis introitum, ſcilicet, os,dicendum eſt,à Galeno non recenſeri omnes alimenti vias,ſed ſolam naturalem & cõmunem,qualis tantum os eſt.

Ad 2. Clyſteres ad ventriculũ poſſe aſcendere.

Ad 2.neganda eſt minor, & ad probationẽ dico,1. *iniecta per clyſterem ad ventriculum poſſe aſcendere*,quod multis confirmauit Gal. experientiis 3. *de cauſ.ſympt.cap.* 2. ſunt enim reperti quidam, quibus clyſteres iniecti per aluum adeo aſcenderunt,vt ſubinde vomitu illos reiecerint; in lethalibus quoque voluulis: Eadem de cauſa ſtercus per vomitum excernitur: *Ergo iniecta per clyſteres ventriculum poterunt attingere,ſaltem tempore neceſsitatis*, quod etiam docuit Gal. 7. *Aph.*16.

Nec

Nec ſibi contradicit Gal. oppoſitum docens, 13. *Meth. ca.* 15. conciliantur namque prædicti loci, licet prima facie videantur pugnare, in hunc modum; aut enim inteſtina ſecundum naturam ſe habent, aut præter naturam: ſi primum, attractrix inteſtinorum facultas ſuo probe fungitur munere, ac proinde conſtrictione vtentia cibum ad infernas partes propellunt, incipiente à ſupernis contractione, & ad ima vſque progrediente, iuxta quam ſignificationem interpretandus eſt Galen. 13. *Meth. cit.* docens, iniecta per clyſterem ad ieiunum vſque aſcendere non poſſe: vbi vero inteſtina præter naturam ſe habent, contractionis motus contrario modo procedit, inferne enim incipit, & ſurſum progreditur, vnde mirum non eſt clyſteres propter inteſtina violenter comprimentia aſcendere, ac vomitu reiici, præcedente ſcilicet valida ſphincteris conſtrictione iuxta ſententiam Gal. 3. *de cauſ. ſympt. cit.* nam memoriæ proditum eſt, glandes bene magnas ano ſubditas & filo validiſſimo ægrotantis fæmori alligatas filo diſrupto ſurſum perlatas, ac proinde per os eiectas eſſe, vt videre licet apud Matthæum de Gradibus *in commentariis ſuis ſuper nonum Rhaz. ad Almanſ. cap. de vomitu*, & Beniuenium *lib. de abditis morborum cauſis cap* 32. *&* 41. pari ratione in lethalibus ileis ſtercus per vomitum eiicitur,

Conciliatio dictorum Galeni.

tur, inteſtina enim coacta, contra naturam mouentur, & ad loca ſuperiora materiam noxiam extrudunt: maxime vero mirandum eſt, quod refert inſignis præceptor Tho. Roder. *3. de cauſ. ſympt.* 2. per multos annos vixiſſe religioſam quandam virginem, quæ ob voluntariam quandam coram Principe vrinæ & alui retentionem, priuata deiectione vtriuſq; excrementi, vixit, tantum leni vomitu partes alimenti impuriores reiiciebat, alii etiam, vt docet expetientia, ob retentionem vrinę perierant, ſiue propter recurrentem bilem, ſiue propter immodicam veſicæ plenitudinem.

Poſſumus & 2. ad *ſupra* poſitam obiectionem reſpondere, quod licet nihil clyſteris aſcendat ad ventriculũ, ex eo tamen nutrimentũ aliquod in corpus transferri poteſt, quod tres coctiones pertranſire oſtenditur, quia in primis inteſtina habent vim concoquendi cibos, vt colligitur ex Galeno 4. *de vſu part. cap.* 17. coctio autem, quæ fit in inteſtinis, eadem eſt, cum ea, quæ fit in ventriculo, ſicut illa, quę fit in iecore, eadem etiam eſt, cum ea, quę fit in venis tam antecedentibus, quam conſequentibus ipſum hepar, vt patet ex Galeno 3. *de temp. cap.* 1. & 4. *de ſanit. tuenda cap. vltimo*, ex quibus colligitur, nutrimentum, quod per clyſterem infunditur in inteſtina pertranſire, priorem coctionem: cum autem multæ venæ me-

meſeraicæ ventriculum meſentereon, & denique omnia inteſtina circumdent, ac perrepent, quæ ab ipſis alimentum ſugunt, in iecurque deferunt, quemadmodum à ventriculo, nõ dubium eſt, tale nutrimentũ per clyſteres infuſum, & in inteſtinis coctum, pertrãſire etiã ſecundam coctionem, quæ fit in iecore, & deniq; tertiam, quæ fit in poris membrorũ, maxime, quia tempore neceſſitatis ventriculus attrahit alimentũ, non ſolum ab inteſtinis, ſed etiam à venis & aliis partib. remotis, vt iecore, quemadmodum videre eſt apud Auic. *13. tertij. cap. 1.* & apud Gal. *4. de vſu part. ca. 19.* & *3. de naturalibus facult. cap. 13.* & hæc eſt cauſa, ob quam Gal. *3. de cauſ. ſympt. 2.* dixit, in voluulis lethalibus & aliis ſimilibus affectibus ventriculum ipſum non trahere, ſed ſuſcipere dumtaxat, id, quod à comprimentibus inteſtinis ſurſum fertur, id enim adiectum videtur propter clyſteres nutrientes, qui quidem à ventriculo trahuntur naturaliter, vt *ſupra* viſum eſt, ideoque per vomitum non reiiciuntur, quemadmodum in magna inedia non ſolum ex iecore, ſed etiam ex vltima corporis ſuperficie ad ſe alimentum trahit ventriculus, vt conſtat ex Galeno *locis ſupra citatis.*

Iniecta ergo per clyſteres, aliquid, licet parum, alimenti præbere poſſunt, & ita paucis diebus ſine alijs cibis poſſunt ſuſtinere ægrum vera nutritione:

ob

ob quam cauſam conandum eſt, quoad fieri poteſt, vt ægris valde debilitatis, quaque arte per os aliquid in ventriculũ mittatur; ex hoc enim certum eſt, celeriter & copioſe nutrimentum membris acceſſurum; verumtamen cũ hoc non poſſumus, ad clyſteres nutrientes confugere, nõ erit inutile, cæterũ hi nõ debẽt ſumi, niſi mũdificatis pri⁹ fœcib. inteſtinorũ; vlterius eorũ quantitas multo minor eſſe debet, quam aliorum, qui exhibentur gratia vacuationis, magna enim copia grauat, & excitat ad expellendum.

Non valet *vltimo* dicere, Gal. Hip. & Auic. nunquam horum clyſterium feciſſe mentionem; quamuis enim Galen. eos non aſtruxerit, ſaltem eos non negauit, vt videre eſt apud ipſum *2. de compoſitione medic. ſecundum locos cap. de cura cephaleæ*, & *3. de cauſ. ſympt. cit.* quod optime notauit Amatus *1. cent. vlt.*

QVÆSTIO XVI.

Vtrum ſudor ſit vacuatio naturalis.

GAlenus *lib. de differentiis ſympt. cap. 6.* dubitat, an ſudor ſit vacuatio naturalis, cæterum non determinat quæſtionem. Diocles tamen, quem ibi citat, exiſtimat, omnem ſudorem

dorem eſſe pręternaturam, ea ratione ductus, *Negatiua.*
vt conſtat ex 1. *Aphoriſ.* 25. quia *omnibus, quæ ad* *1.*
corpus attinent, recte adminiſtratis, & alimento à natura bene ſuperato, nunquam humor ſenſibiliter, id eſt, in formam ſudoris per cutem expellitur: quæ qui- *2.*
dem ſententia poteſt vlterius corroborari, quia *illa vacuatio, quæ prouenit ex virtutis retentricis imbecillitate, eſt præternaturalis, & ſymptomatica: ſed ſudor eſt talis vacuatio: Ergo.* Minor probatur, nam in æſtate ſudor maxime apparet, non ſic vero in hyeme, quia in illa calor naturalis valde languidus eſt, in hac vero omnes facultates naturales optime habent; *cum ergo ſudor à facultatis debilitate ortum habeat, præternaturam cenſendus erit.*

Tertio confirmatur hæc eadem ſententia, *3.*
ex his, quæ tradit Gal. *5. Meth. cap. 7.* quo loco videtur inſinuare, ſudorem eſſe quidpiam præternaturale, ait enim; tenuius excremẽtum, quale eſt materia ſudoris, aliquando exire inuiſibiliter per inſenſilem tranſpirationem, aliquando vero viſibiliter per ſudorem, *quoties ſcilicet, naturalis calor languet, vel multo alimento, aut vehementiori motu vtitur animal.*

Vltimo eadem ſententia colligitur ex 1. *4.*
prorh. ſect. 3. commento 33. vbi aſſeritur, omnem deſudationem demonſtrare vel copiam in ſudantibus partibus, vel retentricem debilem, ex quibus omnibus colligunt nonnulli cum

Diocle, ſudorem vacuationem eſſe præternaturalem & ſymptomaticam.

Autoris cõcluſiones. His tamen non obſtantibus, pro huius quæſtionis reſolutione, duæ ſtatuendæ ſunt concluſiones, iuxta quas argumentis in contrarium adductis ſatisfaciendum exiſtimo.

1. *Prima* concluſio ſit huiuſmodi: *Sudor in ægris ſi fiat critice, id eſt, ſuperante natura cauſam morbificam & præcedentibus ſignis coctionis, eſt euacuatio naturalis; ſi vero non fiat critice, ſed oriatur à debilitate facultatis, aut ab aliqua alia cauſa præternaturam, erit vacuatio præternaturalis.*

2. 2. Concluſio: *ſudor ſi in corpore ſano & optime diſpoſito fiat, perpetuo eſt vacuatio naturalis, non ſecus atque alui & veſicæ excrementorum euacuationes.*

Prior concluſio deducitur ex his, quæ tradit Gal. 2. *Aph. 22.* in cuius *tex. commento* videtur inſinuare vacuationes alias de ſe naturales (quales ſunt proxime numeratæ) ſi ſupra modum fiant, aut oriantur ab aliqua cauſa præternaturali, morbos inducere, ac proinde eſſe præternaturales, quod etiam ſimiliter intelligi poteſt de ſudore ægris adueniente: Eadem etiam concluſio poteſt colligi ex Hip. 4. *Aph. 36. Sudores*, inquit, *febricitantibus ſi inceperint, &c.*

2. Vera concluſio oſtenditur in primis ex Galen. *lib. de differentiis ſympt. citato*, cum docet Dioclis ſententiam licet probabilibus nitatur

tur rationibus, tamen duram omnino eſſe & inefficacem. *Deinde* confirmatur ea potiſſimum ratione, quia *illa vacuatio, cuius materia naturaliter colligitur, etiam in homine optime ſano, & expellitur per operationem facultatis expultricis, per loca huiuſmodi vacuationi maxime conuenientia & deſtinata, eſt naturalis; ſed ſudor eſt talis vacuatio; ergo erit naturalis*: minor quoad omnes partes probatur, & in primis, quod materia ſudoris naturaliter colligatur in homine optime diſpoſito & ſano, oſtenditur ex Galeno 1. *de ſanit. tuenda cap.* 17. Cum enim materia vrinæ & ſudoris ſit eadem, vt communiter conceditur & conſtat ex eodem Galeno 10. *ſimpl.* & *lib. de bile atra* 2. nempe ſerum ſanguinis & humor epotus; ſi materia vrinæ naturaliter colligitur in corpore ſano etiam materia ſudoris naturaliter colligetur. Quod autem expellatur per operationem facultatis expultricis per loca conuenientia, colligitur ex Gal. 1. *de ſanit. citato*, & 2. *de temp. cap.* 5. vbi docens cauſam generationis pororum, obiter docet vſum, dicens; *quippe per omnem cutem difflatur ſemper aliquid à calido, quod ſecum etiam interim humoris non parum affert.*

Secundo, prædicta cõcluſio ſuadetur; quia nõ eſt maior ratio, quare mictio ſit vacuatio naturalis, quã ſudor; ſed mictio ab omnib. cõceditur & dicitur naturalis: ergo & *ſudor*: aſſũtũ de-

ducitur ex eo, quia cum natura omnibus ſanguinis excrementis receptacula parauerit, ad eum magis defœcandum, ſiquidem totius corporis futurum erat nutrimentum, duplicem expurgationis modum ſero ad nutritionem inutili præparauit, mictum ſcilicet, & ſudorem, vt latius ex Galeno *locis citatis* conſtat.

Tertio corroboratur dicta concluſio ex eo, quia *ſi ſudor eſſet vacuatio præternaturalis & ſymptomatica, ſemper ſequeretur ad aliquem morbum: ſed aliquando, imo ſæpe fit ſudor omnino ſine morbo aliquo totius corporis aut partis cuiuſpiam: igitur.* Sequela probatur, quia *de ratione ſymptomatis eſt, perpetuo ſequi morbum, ſicut vmbra corpus*, vt conſtat ex Galeno *1. de cauſ. ſymp.* Minor vero quotidiano confirmatur experimento, fit enim multoties ſudor ſine ruptura, aut corroſione, aut aliquo alio morbo ex ſola mediocri exercitatione abſque vlla venarum anaſtomoſi: Ergo vacuatio naturalis cenſendus erit.

Reſponſiones ad argumenta Dioclis. Ad 1. Iuxta prædictas concluſiones, ad *primam* Dioclis rationem reſpondendum eſt, omnibus, quæ ad corpus attinent, recte adminiſtratis, aliqua adhuc relinqui in corpore, quæ cũ per inſenſilem tranſpirationem vacuari non poſſint, vtiliter per ſudorem vacuantur, aliquando à ſola natura, nonnunquam eadem adiuta à balneis, exercitiis, & Solis calore modo-

deratis, vt conſtat ex 3. *de cauſ. ſympt.* 2. *ad finem*, vnde colligitur, ſudoris vacuationem in homine ſano non violentam, ſed naturalem cenſendam eſſe.

Nec obſtat, ſi dicas, vacuationem ſudoris per inſenſilem tranſpirationem multo robuſtioris facultatis operationem eſſe; quamuis enim hoc ita ſit, nec tamen proinde natura præternaturaliter imbecillis cenſenda eſt, ſi euacuet dictam materiam in formam humoris, ſatis enim eſt, quod ea, quæ redundant in corpore, euacuet, aerea quidem inſenſibiliter, aquea vero viſibiliter, per ſudorem, vt optime adnotauit Manardus 15. *epiſt.* 30.

Ad 2. dico, *ſudorem in ſanis non habere ortum à debilitate facultatis retentricis*, & ad probationem varias eſſe cauſas & rationes, ob quas in æſtate maxime apparet, non vero in hyeme: *prima* eſt nimia denſitas cutis propter frigus externum hyemis, ob quam cauſam, cum materia ſeroſa per ſudorem euacuari non poſſit, per vrinam vacuatur, ideoque vrina tempore hyemali in maiori copia excernitur, quam tempore æſtiuo: *altera* cauſa eſt copioſior potus in æſtate, quam in hyeme. *Ad 2. Cur ſudor maxime appareat in æſtate, minime in hyeme.*

Ad reliquas vero Gal. autoritates, quibus nonnulli confirmant Gal. exiſtimaſſe, ſudorem vacuationem eſſe præternaturalem: Reſpondendum eſt, eum intelligendum eſſe de

Digitized by Google

ſudore morboſo, non autẽ de eo, qui tempore ſanitatis perfectæ ſolet hominibus aduenire.

QVÆSTIO XVII.

Vtrum abſterſio ſudoris prouocet ſudorem.

Negatiua. PARS negatiua ſuaderi poteſt autoritate Pauli *li.* 2. *c.* 47. vbi præcipit ne abſtergamus ſudorem; alius enim alium ducit, promouet & auget.

Affirmatiua. Affirmatiua tamẽ, quæ videtur probabilior, habetur apud Auic. 1. 4. *tr.* 2. *cap.* 13. & 2. 4. *tr.* 1. *c.* 66. cauſa duplex traditur ab Ariſt. *1. probl.* 12. *Prima*, quia, *ſi non abſtergatur, refrigeratur ab aere, & ita condenſando poros cutis prohibet exitum alterius.* 2. quia *ſi non abſtergatur, mole ſua obſtruit poros, obſtruendo autem impedit exitum alterius*; idem etiam videtur inſinuare Gal. 8. *Meth. cap.* 2.

Iuxta hanc ſententiam, ad autoritatem Pauli in oppoſitum adductã, dicendum eſt, eum eſſe intelligendum *de ſudore, quam diu calet, nam gratia ſuæ caliditatis nouum ſudorem prouocat, inſtar balnei, & ideo, quando intendimus prouocare, abſtergendus non eſt, quamdiu calet; ſi verò timetur eius refrigeratio, & ſimul eſt copioſus ſtatim abſtergatur cum pannis calidis*; quia ſi non abſtergatur, prohibet exitum alterius, ob cauſas, quas tradit Ariſt. 2. *probl. citato*.

Duo autem *vltimo* aduertenda ſunt de ab-

ſterſione

Digitized by Google

ſterſione ſudoris: primum eſt: *aquam tepidam prouocare ſudorem, frigidam verò & calidam prohibere*: frigidam, quia denſat cutem; calidam verò, quia non ſolum denſat, ſed etiam exhaurit materiam ſudoris, quo remedio vtuntur fœminæ per æſtatem in volis & ſub alis ſudantes. *Aduertenda de abſterſione ſudoris.*

Alterum eſt, *abſterſionem ſudoris exequendam eſſe cum panno ſerico aut cottonio*, ob calorem tuendum, quia linteamina ex lino refrigerant ſimul & ſiccant, ob quam cauſam cohibent ſudorem.

QVÆSTIO XVIII.

Vtrum coitus ſit vtilis ad ſanitatis conſeruationem, & qua hora debeat fieri.

VEnereorum nullum eſſe vſum ſalubrem exiſtimauit Epicurus referente Galeno *lib. artis med. c. 86.* quod vlterius confirmatur ea potiſſimum ratione; quia *illa vacuatio erit ad vitæ tutelam, prolongationemque inutilis, ex qua plures noxæ ſequuntur, quàm commoditates; ſed concubitus eſt talis vacuatio*; *Ergo.* Minor probatur, quia vt quotidianum teſtatur experimentum, ex venere, & plures periclitati ſunt, & perierunt; è contra verò continentes, non ſolum diutius viuunt, ſed vitam incolumiorem tranſigunt. *Venereorũ nullum eſſe vſum.*

2. Confirmatur prædicta ſententia, quia *illa vacuatio erit inutilis ad ſanitatem conſeruandam, quæ maxime debilitat vires, corpusque imbecillius reddit; ſed venus eſt talis: Ergo*. Minor probatur, quia cum ſemen profluat à toto corpore, vt *alibi* monſtratum eſt, & in eo plurimum ſpiritus viuifici contineatur, iuxta ſententiam Galeni *lib.1.de ſemine*, non dubium eſt, eo vacuato vires nimium debilitari, ac proinde totum corpus imbecillius reddi. Prædictam Epicuri ſententiam confirmauit Pythagoras referente Laertio *lib*. 8. qui cum rogatus eſſet, *quando congrediendum cum fœmina foret, cum volueris* (inquit) *teipſo fieri debilior*.

Eſſe vſum ſanitarem. Oppoſitam nihilominus tenet ſententiam Gal. noſter *lib. artis med. cap*. 86. dicens, *venereorum vſum ſalutarem eſſe, ſi tantum interualli adhibeatur, vt neque reſolutio aliqua ſentiatur, ac ipſe ſeipſo homo quodammodo leuior factus ac melius ſpirare videatur*: quam ſententiam ſequitur Auer. *6. collig. cap*. 7. & ex recentioribus Valer. 2. *locorum com. cap*. 13. & inſignis Valeſ. *6. controuerſ. cap. 9*. *Deinde* ratione quadam oſtenditur deſumpta ex inſigni præceptore Thom. Roderico *lib. artis med. citato*: *ſi ſeminis nulla foret vacuatio, ſemen ipſum aliquando corrumperetur; ſed corrupto ſemine grauiſſima ſequuntur accidentia, & aliquando lethalia: Ergo per interualla conducet ſanitatemque conſeruabit eius vacuatio*: Maior

Ratio.

col-

colligitur ex eo, quia cum ſemen non ſolum mandetur ad teſtes in ipſorum alimentum (illis enim alendis vaſa recta ſufficerent, non flexuoſa, varicoſaque crearentur) ſed fœtui generando per acceſſum, id ſi nullo modo vacuetur, cum calidum humidumque ſit, & in loco calido & humido contineatur, putrere neceſſe eſt, & *non quauis, ſed peſſima putrefactione, qualis corripere ſolet optimas quaſque & moderatiſſimas ſubſtantias*; vbi ſemel computruerunt, vt videre eſt in homine, lacte, ſanguine & ſemine. Vnde natura interdum prouidet ſeminis vacuatione in ſomno.

Nec prædictam rationem infirmat, quod in puerperis non lactantibus nihil ſuccedit mali, quamuis ſanguis ad vbera mandetur, nõ ſolum in ipſorum alimoniam, ſed & fœt⁹, quod ſimiliter euenit in ſemine. Nam dico, diuerſam eſſe rationem vtrobique, quia ex vberib. ad vterum patet commeatus, vt per vices ab vberibus ad vterum, & ab vtero ad vbera ſanguis vbertim confluat, cuius abundantia per menſes diſſipata à morbis tuetur; in teſtibus vero cohibitum ſemen, quo confluet, aut quẽ expurgationis inueniet modum? Minor vero prioris argumentationis apparet in iis mulieribus, quæ hiſtericis premuntur ſymptomatis, vteri que à ſemine retento, ſtrangulatu afficiuntur in quibus grauiſſima lethaliaque

accidentia experiri licet, ſcilicet, ſpirandi difficultas, alienatio, conuulſio, grauitas corporis, oſcitationes, pandiculationes ſuſpiria, gemitus, varia denique corporis ac mentis iactatio, de quibus meminit Gal. *6. de locis affectis cap. 5.* & prius Plato *in Timæo.*

Reſponſio ad argumẽta negantium.

Iuxta hanc ſententiam, quam tanquam veriorem amplectimur, ad primam rationem in oppoſitum adductam reſpondendum eſt, negando minorem, & ad probationem, dico, *neminem ex moderata venere, tempeſtiueque facta periiſſe, aut periclitaſſe, talis enim ſanitatem conſeruat. Si verò ſit immoderata frequenſque, non ſolùm totius corporis habitum ſoluit, & ſenectutem accelerat*, docente Auic. quem omnes ſequuntur Arabes, & Ariſt. 4. *probl.* 17. ſed etiam neruorum reſolutionem parit, podragas, & arthitides generat, ſenſuum hebetudinem, & denique mentis torporem, totiuſque corporis functiones infirmiores reddit, ob magnam ſpirituum natiuique caloris diſſolutionem, quæ non ſolum ſequitur ad magnam ſeminis vacuationem, ſed etiam ad *ad continuam voluptatem, quæ ſola magnam atque mirificam virium imbecillitatem creare ſolet*, autore *Gal. lib. 1. de ſemine cap. 7.*

Coitus immodici incommoda.

Continua voluptatis incõmoda.

Sed ſi hæc vera ſunt, quomodo cõtinentes diutius viuunt, vitamq; incolumiorem trãſigunt? Dico, quod quẽadmodũ in magna hominum

minum parte,ad vitam,præferimus vinum aquæ,&tamen,quia plus in vino peccatur,pluribus vinum, quam aqua obfuit, ſic quamuis Medicus corporis in quibuſdã acceſſum præferat continentiæ,multo tamen plures ex venere,quam ex continentia, & periclitati ſunt & perierunt, cum enim fere omnes homines æſtu voluptatis efferantur, moderantiam in concubitu non obſeruant; immoderantiam vero quamplurima afferre mala, *ſupra* dictum manet.

Cur continentes viuant diutius & incolumius.

Ad confirmationem vero, reſpondeo *immoderatam venerem vires debilitare: cæterum moderatam potius augere*; quod ſignificauit Celſ. *lib.* 1. *cap.* 1. dicens, raram venerem corpus excitare, *Ergo ſaluberrima tunc venus cenſebitur, ſi eatenus exerceatur, quatenus vires corporis non lædat, & alacritatem quandam, qui commode vtitur, ſentiat*: & hactenus de priori quæſtionis parte.

Quatenus venus ſit ſaluberrima.

Quod vero attinet ad poſteriorem, videlicet, qua hora venus ſit exercenda, ſeu veneri indulgendum: nonnulli, in quorum numero eſt Paul. *lib.* 1. *cap.* 33. & Aet. *lib.* 3. *Tetrab.* 1. *cap.* 8. coitum ab aſſumpto cibo commendant: cui etiam ſententiæ videtur adhæſiſſe Celſ. *lib.* 1. *c.* 1. quorum opinio rationibus non videtur deſtitui. *Prima*: quia *illud tempus videtur commodiſſimum ad venerem, quod ſtatim ſomnus conſecuturus eſt, incommodiſſimum vero, quod labor; ſed cibus* præ-

Qua hora venus ſit exercenda.

Quod ab aſſumpto cibo.

Rationes.

1.

præcedit ſomnum, ſomnus vero laborem; *Ergo poſt cibum & ante ſomnum veneri indulgendum erit*: maior oſtenditur, quia cum omnis venus, etiam quæ eſt moderata, aliquo pacto vires exoluat, qua ratione per famem à labore abſtinemus, eadem aut prorſus maiori poſt venerem erit abſtinendum, igitur à cibo & ante ſomnum vtendum erit venere, ſiquidem ſomnus humectat & reficit, non vero poſt ſomnum & ante laborem.

2. 2. Ratio: *cibus ante venerem præſeruat à noxis*: *Ergo poſt cibum veneri erit indulgendum*; probatur antecedens, quia præſeruat à refrigeratione, quam potiſſimum parit venus, cum enim alimentum omne calefaciat, docente. Gal 3. *de temp.* Si venus cibationem ſequatur, corpus minime refrigerabitur.

3. *3. Illud tempus, quod ad liberos procreandos eſt accommodatiſſimum, erit etiam ad venerem exercendam; ſed tempus poſt cibum eſt tale, Ergo.* Maior patet, quia is eſt naturæ finis in coitu: Minor vero colligitur, quia mulier ſomnum capiens ſemen genitiuum melius continet, è contra fit, ſi ſtatim à concubitu mulier vigilat & laborat, excidit namque ſemen.

Non eſſe præſcribendam certam horam ad concubitum. Alii (in quorum numero eſt Auic. 2. *tertij cap.* 12.) putant, non eſſe præſcribendam certã horam ad concubitum, ſed eam ex conſuetudine vnicuiq; eſſe petendam, ac proinde conclu-

cludunt, veneri eſſe indulgendum eo tempore, quo corpus cuiuſque leuius redditur.

His tamen non obſtantibus, ad quæſitum probabilius videtur dicendum, horam conuenientiſſimam ad coitum eſſe *auroram*, poſt ſomnum ſcilicet, & ante laborem, in qua quidem ſententia videtur eſſe Hip. *6. Epid. ſect. 6. commen. 6.* quam confirmat Galen. *2. de ſanit. 2.* quo loco enarrans ſententiam Hip. referenſque ex illo hæc verba: *labor, cibus, ſomnus, venus omnia mediocria*, ipſorum verborum ordine, rerum ordinem dicit contineri, itaq; ſomnum à cibo, & venerem à ſomno, & ante laborem, agi debere inſinuat; Hanc ſententiam ex recentioribus confirmat Valeriola *lib. 2. locorum communium & in quadam enarratione*: eandem confirmat Valeſ. *6. contr. cap. 9.* Nec pro hac parte deſunt efficaces rationes, quia *illud tempus erit ad venerem accommodatiſſimum conuenientiſſimumque, in quo corpus maxime in mediocritate, moderantiaque fuerit conſtitutum; ſed aurora eſt tale tempus, Ergo*: Maior oſtenditur, quia cum venus ſit vacuatio maxime vires debilitans, cõſtat, illud tempus ad eam eſſe eligendum, in quo corpus eam facilius fert; tolerabit autem facilius, cum in moderatione & mediocritate fuerit conſtitutum, coit enim robur cum temperamento *libr. artis medicæ*, & *6. Aphoriſ. 47.* Minor vero colligitur, quia *poſt ſomnum*

Horam conuenientiſſimam eſſe auroram.

Rationes. 1.

Digitized by Google

mnum ad auroram corpus in omnium rerum medio-critate conſtitutum eſt; non enim eo tempore à cibis grauatur, quia hos confecit iam ſomnus; nec corpus quidquam eſt exolutum, nondum enim poſt refectionem laborauit, imo potius virtutes omnes robuſtiores habet tam naturales, quam vitalès & animales, nam naturalis alimento, animalis ſomno, vitalis vero vtriſque reparatur, & reuocatione caloris ad interna, quæ per ſomnum fit.

2. 2. Ratio: *Illud tempus ad venerem erit eligẽdum, in quo corpus offenſis, quas venus ſolet parere, eſt minus obnoxium; ſed aurora eſt tale tempus: Ergo*: Minor inductione oſtenditur diſcurrenti noxas, in quas ſalaces ſolent incurrere; ſunt enim hæ, quas Aetius vno *capite tertii libri* collegit: *virium exolutio, ſenſuum hebetudo, obliuio, tremor, articulorum dolor, renum & veſicæ morbi, ſanguinis ſputum, febres, & denique omne genus morbi, quod ex coitu poteſt habere ortum*, ad quæ omnia corpus poſt ſomnum ad auroram minime eſt paratum, ſiquidem tunc temporis eſt magis temperatum, vireſque multo robuſtiores habet, ob quam cauſam offenſis externis plus reſiſtit.

Noxæ ſalacitatis.

Reſponſio ad argumẽta negantiũ.

Iuxta hanc ſententiam ad rationes in oppoſitum adductas, facilis erit reſponſio. Ad *primam*, dico, quod ſi venus eſſet immoderata, vel ad immoderatos motus poſt venerem cogeremur,

geremur, melius foret, ſomni bonam partem ad reficiendas vires in coitu collapſas, reſeruare, cæterum cum pręcepta valetudinis tuendæ eo tendant, vt omnia cum moderantia agantur, nihil mali ſequetur, poſt moderatam venerem, quæ corpus non debilitat, imo vero excitat, etiam moderate exerceatur.

Ad 2. dico, *membra poſt ſomnum calidiora eſſe, quam ſtatim poſt cibi ſumptionẽ*: cum n. omne alimentũ, qua alimentũ, calefaciat quãtitatiue, augendo ſcilicet ſanguinem, conſtat membra poſt ſomnum peractis duabus alimenti coctionibus calidiora euadere, ac proinde tunc temporis refrigerationem à venere non eſſe formidandam. *Ad 2.*

Ad 3. reſpondeo, etiam ad liberos procreãdos auroram eſſe cõuenientiorem, nam peractis concoctionibus non dubium eſt, quin plus elaboratiuſque ſemen ſit effluxurum. Confirmatur hoc ipſum, quia ſecundum omnes Philoſophos & Aſtrologos, anni tempora partibus diei cõparantur, ac proinde ver matutino tempori, cum ergo vere corpora degãt ſaluberrime, & tunc temporis maxime valeãt, omniaq; tunc oriantur & floreſcant, contra reliquis temporibus tabeſcant, ſequitur matutino tempore corpora multo eſſe aptiora ad liberos procreandos. & ob eam cauſam forraſſe Iacob *cap. 30. Geneſ.* virgas in congreſſu *Ad 3.*

ma-

mnum ad auroram corpus in omnium rerum mediocritate conſtitutum eſt; non enim eo tempore à cibis grauatur, quia hos confecit iam ſomnus; nec corpus quidquam eſt exolutum, nondum enim poſt refectionem laborauit, imo potius virtutes omnes robuſtiores habet tam naturales, quam vitales & animales, nam naturalis alimento, animalis ſomno, vitalis vero vtriſque reparatur, & reuocatione caloris ad interna, quæ per ſomnum fit.

2\. 2. Ratio: *Illud tempus ad venerem erit eligẽdum, in quo corpus offenſis, quas venus ſolet parere, eſt minus obnoxium; ſed aurora eſt tale tempus: Ergo*: Minor inductione oſtenditur diſcurrenti noxas, in quas ſalaces ſolent incurrere; ſunt enim hæ, quas Aetius vno *capite tertii libri* collegit: *virium exolutio, ſenſuum hebetudo, obliuio, tremor, articulorum dolor, renum & veſicæ morbi, ſanguinis ſputum, febres, & denique omne genus morbi, quod ex coitu poteſt habere ortum*, ad quæ omnia corpus poſt ſomnum ad auroram minime eſt paratum, ſiquidem tunc temporis eſt magis temperatum, vireſque multo robuſtiores habet, ob quam cauſam offenſis externis plus reſiſtit.

Noxæ ſalacitatis.

Iuxta hanc ſententiam ad rationes in oppoſitum adductas, facilis erit reſponſio. Ad *primam*, dico, quod ſi venus eſſet immoderata, vel ad immoderatos motus poſt venerem cogeremur,

Reſponſio ad argumẽta negantiũ.

geremur, melius foret, ſomni bonam partem ad reficiendas vires in coitu collapſas, reſeruare, cæterum cum pręcepta valetudinis tuendæ eo tendant, vt omnia cum moderantia agantur, nihil mali ſequetur, poſt moderatam venerem, quæ corpus non debilitat, imo vero excitat, etiam moderate exerceatur.

Ad 2. dico, *membra poſt ſomnum calidiora eſſe, quam ſtatim poſt cibi ſumptionē*: cum n. omne alimentũ, qua alimentũ, calefaciat quãtitatiue, augendo ſcilicet ſanguinem, conſtat membra poſt ſomnum peractis duabus alimenti coctionibus calidiora euadere, ac proinde tunc temporis refrigerationem à venere non eſſe formidandam. *Ad 2.*

Ad 3. reſpondeo, etiam ad liberos procreãdos auroram eſſe cõuenientiorem, nam peractis concoctionibus non dubium eſt, quin plus elaboratiuſque ſemen ſit effluxurum. Confirmatur hoc ipſum, quia ſecundum omnes Philoſophos & Aſtrologos, anni tempora partibus diei cõparantur, ac proinde ver matutino tempori, cum ergo vere corpora degãt ſaluberrime, & tunc temporis maxime valeãt, omniaq; tunc oriantur & floreſcant, contra reliquis temporibus tabeſcant, ſequitur matutino tempore corpora multo eſſe aptiora ad liberos procreandos. & ob eam cauſam fortaſſe Iacob *cap. 30. Geneſ.* virgas in congreſſu *Ad 3.*

ma-

matutino, potiuſquam veſpertino gregi obiecit, quaſi eo congreſſu copioſior conceptio fiat, vt optime notauit Valeſ. *de ſacra Philoſophia cap.*11. Quod vero de quiete adiicitur, ad retinendum nihil intereſt, id enim mulierem ſolum expedit facere, non virum. Ob quam cauſam, fœminam in lecto plus iacere conuenit.

Quo tempore anni veneri ſit indulgendum.

Et ſi aliquis quærat, *quo tempore anni veneri ſit indulgendum?* Reſpondeo cum Auic. 2. 1. *de pulſ.*9. & 1. 4. *tract.* 2. 9. *hyeme & vere, autumnum autem eſſe fugiendum*, quia frigidum & ſiccum tempus eſt, calorque naturalis in eo valde debilis, & coitum minime ferens.

Num grauior ſit error veneris per plenitudinē quam per inanitionē.

Et ſi rurſus petat: num, ſi labendum ſit in coeundo, grauior ſit error per plenitudinem, quam per inanitionē? Reſpondet Galen. *libr. artis med.*86. quod ſi aberrare contigerit, paruus ſit error, melius illi calefacto, quam infrigidato: & pleno, quam vacuo, & humecto potius corpore, quam exſiccato vti venereis, quamuis Oribaſius *lib.*6. *cap. vlt.* aliter diſponat, è contra pronuncians hæc verba: (*Verumtamen magis ſalubriter fameſcenti concubitus, quam cum quis ſe expleuerit, &c.*) Cum autem Oribaſius vir ſit egregius, & quem dicta Galeni non fugiebant, inter eos ſic pax componenda videtur: vel enim confertur valida repletio inanitioni pari, vel parua: ſi primum multo pericu-

riculoſior eſt error coeuntis per repletionem,quam per inanitionem; nam ex conferta agitatione humorum in ſaturo multis reſolutio ſecuta in noſtro æuo eſt etiam in ipſo concumbendi articulo,nonnullis etiam mors repentina,non ſecus, quam ex triſti repentino nuntio mutitas; agitati enim per venerem humores,& ad cerebrum accedentes,meatus obturant,per quos facultas ſenſitiua & motiua reſpirationique inſeruiens demandatur, quibus obſtructis mortem ſubſequi,aut reſolutionem non eſt mirandum;memorat enim Galen.*6.Epid.ſect.6.comm.3.(* referente Alexãdrino) quendam cum diſtento ventre haberet rem cum meretrice,repente expiraſſe,cõuocatam ad iudicium mulierem,quaſi homicidii ream,faſſam eſſe,quod acciderat,& quia ſubſcripſerunt Medici, indemnatam fuiſſe, quoniam conſentanea diceret , *adeo periculoſa res eſt à multo cibo venus*, vt merito Oribaſius illud potiſſimum caueri monuerit *loco citato*. *Si vero paruus ſit error, melius eſt pleno, quam vacuo corpore venere vti*,iuxta ſententiam Gal.*lib.art. med.citato*; cum enim ſummã mediocritatem in corpore obſeruet ad venerem exercendã, ſubdit(*quod ſi aberrare contigerit paruus ſit error*, &c.) ex quibus verbis manifeſte colligitur,cũ de paruis agere erroribus,in quibus nec mortis,nec reſolutionis periculũ vertitur ; & quia

agitatio inflammatioque corporis modica, quæ ſequuntur ad modice plenum ventrem, modiceq; calefactum, ſponte ſua cito ſedantur, arefactio autem & frigiditas, quæ ſequuntur ad fameſcentem & inanitum, non item ideo Gal. *loco cit.* magis eligit plenum, quam vacuum, & calefactum magis, quam refrigeratũ.

Voluptatis venereæ cauſa. De cauſa autem voluptatis venereæ nonnulli (in quorum numero eſt Ariſt. 4. *probl.* 16. & Gal. 14. *de vſu part.* 9. eam referunt ad reditum, à ſtatu præternaturali ad ſtatum naturalem: nam exeunte ſemine, vaſa ſeminaria, quę anguſta ſunt, quodammodo in naturalem ſitum conſtitutionemq; reducuntur, ob quam cauſam, quo copioſior eſt materia, & meatus anguſtiores, impetus feſtinus & velocior, partes acrius ſentientes, voluptas multo eſt abũdantior: harum cauſarum, quædam in ſcalpellatione apparent, aliæ in titillatione; omnes vero & vehementes in congreſſu; verbi gratia, in ſcalpellatione acris humoris flatus cutis denſitate cohibitus, & frictione digeſtus ſuauitatem affert; in titillatione vero ſpiritus in cauis partibus (vbi & ſudor coire ſolet) cõgeſtus, vt ſub mento, alis, inguinibus, & plantis, quo arteriæ multæ ſuis finibus hiant, leui frictione agitatus, & in anguſtos irruens meatus, ſuauis eſt, dum diſſipatur, at vero in vaſis ſeminariis ſemen plurimo ſpiritu turgens, &

vrinæ

Digitized by Google

vrinæ acrimonia pruriens (quæ in hunc vſum teſtibus data eſt) per anguſtiſſima vaſa exitum quærens eiaculatum, voluptatem efficit immenſam, reductis, quæ diſtendebantur vaſis in naturalem ſitum conſtitutionemque.

Quamuis autem hæc ſententia probabilis videatur, nihilominus quamplurimas patitur obiectiones. *Primo*, quia ſi cauſa voluptatis venereæ eſt reditus ab innaturali ſtatu ad naturalem, oportet, vt dolor antecedat acceſſum, diſtenſio enim vaſorum ſub ſolutione continui continetur, quæ eſt immediata cauſa doloris, cum tamen talis dolor minime ſentiatur ante concubitum: Ergo prædicta cauſa non erit recipienda. *Obiectiones* 1.

2. Non eſt maior ratio, quare ſemen confertim eiaculatum, efficiat voluptatem, quam vrina repente & confertim per colem exiens: ſed hæc nullam efficit voluptatem. Ergo nec ſemen efficiet. 2.

3. In ſalacibus prædicta ratio locum non habet, cum tamen in eiſdem voluptas reperiatur: antecedens oſtenditur, quia in ſalacibus nulla eſt vaſorum ad teſtes turgentia, inanito iam vniuerſo genitalium ſemine. 3.

Ob has rationes multi laudant Auic. ſententiã, cauſam prædicti euentus ſtatuentis, nõ in reditu ad naturã, ſed in ꝑceptione obiecti geni-

nitalibus ſuauiſſimi: ſimiliter oculus ſpectaculis, auditus harmonia oblectatur: quæ quidem ſententia licet recipi poſſit, tamen non vrgent rationes *ſupra* allatæ.

Reſponſio. Ad 1. Ad primam enim dico, quod nonnunquã præternaturalis affectus latet ipſum laborantem, nec dolorem inducit, vbi paulatim aceruatur, iuxta ſententiam Gal. 1. *de cauſ. ſympt. 6.* maxime quia diſtentio illa vaſorum à plurimo flatu pruriente orta pridie non aderat.

Ad 2. Ad 2. dico, diſſimile eſſe de conferta vrinæ excretione exemplũ, hæc enim per amplum meatum libere means, nec in veſica turget, nec inter exeundum cum ſuauitate titillat, ſemen vero & ſua natura, & ſpirituum copia & admixtæ vrinæ acrimonia vehementer mouet, & dum per anguſtiſſimos & inuiſibiles meatus conatur, nec tamen poteſt libere exire, eo reddit ſuauiorem, quo tardiorem exitum, ideo ipſa etiam colis in acceſſu anguſtia voluptatem auget.

Ad 3. Ad 3. dico, ſalaces quidem viros minus ex venere voluptatis capere, cæterum aliquantã habere, propterea quod ex conſuetudine & ex contrectatione ipſa, exhauſto licet corpore genitalia turgent, & ex amplo loco ad anguſta ſpatia ſemen detruditur.

...m mas ...æmina Reſtat *vltimo* in hac quæſtione explicare, in quo nam maior ſentiatur voluptas, in viro

an

an in fœmina? Hipp, *lib. de genitura* maiorem concedit mari voluptatem: Iſacius vero *theor. 6. cap.* 16, fœminæ: cæterum in hunc modum componenda lis eſt: quod fœminæ longius & numeroſius oblectentur, viri vero intenſius. Oſtenditur primum, quia fœminæ, dum virile excipiunt ſemen, oblectantur, deinde dum vterus ad ſuctionem mouetur, denique dum ipſæ ſuum etiam excernunt ſemen, non paruam ſentiunt voluptatem; quod fortaſſe voluit Iſac. *loco citato*: mas vero in vehementia excedit fœminam, quod oſtendit maxima virorum exolutio (exolutionẽ vero voluptas potiſſimum facit, ſi Gal. creditur, 1. *de ſemine cap.* 7.) *Præterea* ſemen à mare eiaculatum, eſt amplius copia, craſſius, calidiuſque per pluresq; inuolutiones velocius exiens, quanto expultrix virorum, quã fœminarum robuſtior eſt. *Ob quas cauſas libido in fœmina & criminoſior, & minus excuſabilis habetur.* Quod etiam delectatio fœminarum ſit numeroſior, colligitur ex Auic. 21. *tertii* 2. & Aliab. 5. *theoricæ*, quibus locis habetur, delectationem in fœminis multiplicari, ob multas cauſas, quamuis in viris ſit intenſior.

ſentiat in coitu maiorem voluptatem,

Cap. XII.

De affectibus animi.

Perturbationes animi à Medico non eſſe contemnendas.

ANimi perturbationes non eſſe à Medico contemnẽdas, inde colligere licet, quod magna illarum vis ſit, & miras in corpore motiones excitent, iuxta ſententiam Gal. *lib. art. med. cap. 85*. vbi in hæc prorumpit verba: *liquet autem ab ipſis caueri oportere omnes animi immodicos affectus, videlicet iræ, triſtitiæ, furoris, timoris, inuidiæ, hæc enim* (ſubdit) *alterant, atq; naturali ſtatu corpus auertunt.*

Quamuis autem in ſolis prædictis exemplificet Gal. tamen aliæ multæ ſunt animi perturbationes, à quib. corpus noſtrum non minus alteratur, quæ à Cic. 4. *Tuſcul. Quæſt.* explicantur: videlicet gaudium, verecundia, amor, odium, ſollicitudo, deſperatio, riſus, fletus, & ſimiles: ab iis enim omnib. alteratur corpus, & ab ea, quæ ſecundum naturam eſt conſiſtẽtia, ita euertitur, vt grauiores animi, ac perniciosiores eſſe, quam corporis morbos, à pleriſque non dilutæ famæ autoribus ſit receptũ, quod hac ratione maximus Tyrius philoſophus Platonicus collegiſſe, pulcherrime eſt viſus *lib. ſermonum vlt. animus pretioſior eſt, quam corpus, bonum autem, quod à precioſiori prouenit eſt maius, tunc ſic maiori bono maius opponitur malum,*

Morbos animi eſſe pernicioſiores morbis corporis.

ſed

ſed ſanitas animi eſt maius bonum, quam corporis; Ergo morbus animi erit maius malum, quam corporis, quid autem in corpore vnaquęque perturbationum animi pariat, reliquum eſt videre & in primis, de ira, quid ſit, & an poſſit aliquem interimere, diſputandum erit.

QVÆSTIO I.

Quid ſit ira, & an poſſit aliquem interimere.

IRa ſic definitur ab Ariſt. 8. *probl.* 17. & à Gal. *lib. de cauſ. morb. cap.* 20. eſt *feruor ſanguinis in corde cum appetitu vindictæ*, ob quam cauſam inter propria & inſeparabilia cordis calidi ſigna numeratur ab eodem Gal. *lib. artis med. cap.* 29. cur autem ira cor calidum inſeparabiliter ſignificet, non vero frigidum? illæ rationes ſuadent. *Ira quid.* *Cur ira indicet cor calidum inſeparabiliter.*

Prima: quia ab eodem obiecto, quod iniuriam intulit, calidum cor, vtpote facilius mobile, magis irritatur, quam frigidum. 1.

2. quia anima mouet corpus varie, iuxta variam corporis diſpoſitionem; cum ergo calidum cor habeat diſpoſitionem ad ſumendam de aduerſario vindictam propter robur innatum promptiorem, merito ab anima mouetur, ad maiorem appetitum vindictæ. 2.

3. Quamuis appetentia vindictę antecedat feruorem primũ ſanguinis, vt nonnullis placet, verum quia ex pari appetitu magis ebullit 3.

ſanguis in corde calido, quam in frigido, ſequitur, vt ebullitio maior in corde calido augeat appetentiam, & rurſum appetentia ebullitionem, ita vt mutuis incrementis reciproce augeſcant, quod in frigido corde non accidit. Hoc videtur ſignificaſſe Ariſt. 1. *de anima cap. 1.* dicens, *non minus animam mouere corpus ad iram, quam corpus animam.*

4. *& vltima* cauſa addi poteſt, nam cum ira ſit ſimplex vindictæ appetitus, ſed ſimul cum aggreſſione, ea ira nō incidit in cor frigidum, eo quod in frigido appetentia habet iunctum timorem retrahentem animum ab aggreſſione, quam ira includit: in calido vero iungitur audaciæ, quæ non ſolum non retrahit, ſed ſtimulat etiam ad aggrediendum. Quod autem ira cor calidum ſignificans non ſit ſimplex appetitus vindictæ citra aggreſſionem, patet, quia talis etiam in corde melancholico frigido diu ſeruatur, vt videre eſt in multis, in quibus appetitus vindictæ citra aggreſſionem per longum temporis ſpatium perſtitit, qui tandem dolo aſtuue ſe vendicarunt.

Num ira adeo increſcat, & corpus alteret, vt hominē poſſit interimere.

Num autem ira adeo increſcat, & ita corpus alteret, vt hominem poſſit interimere dubium eſt. Nonnulli exiſtimant, quod quemadmodum alii animi affectus, perturbationeſque increſcentes interimere poſſunt, vt metus, triſtitia, gaudium, &c. Ita & ira: quam ſen-

ten-

tentiam deducunt ex Galeno 12. *Meth. cap.* 5. vbi ſic habet: *triſtitiæ vero & anxietates & ira, eo modo lædunt, quo multæ vigiliæ, quod vires reſoluunt*: & rurſus paucis interpoſitis, inquit: *In omnibus eiuſmodi ſymptomatis manifeſte videntur ægrotantes, tum animo linqui, tum viribus reſolutis eſſe*: ex quibus verbis manifeſte colligitur, Gal. exiſtimaſſe, iram, non minus, quam triſtitiam & vigilias fortes, vires reſoluere, & per conſequens poſſe interimere, ſicut alii animi affectus. Quod vlterius ratio ſuadet, quia cum ira vires ſoluat, quo maior fuerit, eo plus ſoluet, quare aliquando poterit vſque adeo increſcere, vt mortem afferat repentinam. *Affirmatiua.*

In oppoſita tamen ſententia, videtur eſſe Gal. multis in locis expreſſe affirmans ab ira, neminem interiiſſe, vt videre eſt apud ipſum 2. *de cauſ. ſympt.* & 4 *de cauſ. pulſ. cap.* 1. ex quibus locis licet ita argumentari: *Ira non ſoluit robur virtutis, imo potius auget: Ergo quãtumuis increſcat, non poterit eſſe lethalis*: probatur antecedens, quia vt conſtat ex eodem Gal. 4. *de cauſ. pulſ. citato*, iræ pulſus vehemens eſt, quæ quidẽ pulſus differentia non poteſt comparari, niſi robore aucto, aut vſu & robore non ſoluto: Eadem etiam ſententia deducitur ex eodem Galen. 6. *Epid. comm.* 5. vbi expreſſe affirmat *in commento*, iram caloris vitalis debilitati remedio eſſe, quod rurſus viſus eſt docere Hipp. *Negatiua.*

2.*Epid.* 2. cum igitur ira potius augeat robur, quam debilitet, ſequitur, eam, quantumuis increſcat, lethalem non eſſe. Nec ſibi contradicit Gal. 12. *Meth. citato* oppoſitum inſinuãs: nam ſi ira in ſe ſola conſideretur, quatenus ſcilicet feruor quidam ſanguinis in corde eſt, virtutem potius excitabit, quam extinguet: ſi vero conſideretur ſimul cum his, quæ ipſam ſæpe ſępius conſequuntur, vt metus aut vehemens calor, non ſolum poterit vires reſoluere, ſed etiam mortem aliquando afferre, quo pacto intelligendus eſt Galen. 12. *Meth. citato*, dicens, triſtitiam, anxietates, & iram eo modo lædere, quo multas vigilias, quamuis raro hoc contingat in ira, collatione facta ad alios animi affectus.

QVÆSTIO II.

Quid ſit timor, & quomodo corpus noſtrum immutet.

Timor quid TImor nihil aliud eſt (docente Hip. 4. *de hyp. & plat. placitis*, & Cicerone *libr*. 4. *Tuſc. Quæſt.* quam *metus appropinquantis mali, calorem natiuum ad interiora reuocans:* nam vt vult Gal. 2. *de cauſ. ſympt.* 5. ſanguis & ſpiritus, in quibus calor ſubiectatur naturalis, per timorem intro, & ad ſcatebram ſuã, nempe cor, reducuntur, contrahunturque, quo nimirum motu, atque contractione efficitur, vt algeant partes extremæ,

Timoris accidentia.

tremæ, vt palleat viuidus in facie color, vt tremor incidat, vt aluus non raro ſoluatur, vt interrumpatur vox, cōcidant vires, mors etiam interdum ſequatur, ob timorem enim validū ſubitaria quoſdam morte interiiſſe Gal. conſtanter aſſeruit 2. *de cauſ. ſympt. ca.* 5. Et ad hunc modum ſolet timor periculum afferre, præſertim in debilibus & calore naturali deſtitutus. Hæc etiam cauſa eſt, cur quidam ex triſti nuntio repente incanuerunt, *ob defectum ſcilicet caloris naturalis in illis partibus.* *Vnde in repentino nūcio triſti, canities.*

Eadem etiam eſt, cur in metuentibus pili erigantur: *cum enim cutis per timorem rigeat, deſtituta ſcilicet calore naturali, & meatus, qui ad latera laxabantur, concreta per frigiditatem cute dirigātur, pilos etiam erigi non mirum eſt*, confirmante quotidiano experimento, & Ariſtot. *8. probl.* 18. *Cur pili erigantur.*

QVÆSTIO III.

Quo pacto gaudium immutet corpora noſtra.

GAudium (quod circa bona præſentia verſatur) ſi immodicum, ſi repentinum, ſi præter ſpem, atq; expectationem contingat, immedicabilem ſæpenumero corpori noxā mortéque præſentem afferre ſolet, multos n. gaudio nimio derepente concidiſſe, vitamq; cum morte cōmutaſſe vltra Galen. 2. *de cauſ. ſympt.*

ſympt.5. & 5.*de locis* 1.hiſtoriæ fide dignæ monſtrant. Nam Plin. *libr.7.naturalis hiſtoriæ cap.53.* Chylonem Lacedęmonium ſapientiæ commendatione nobilitatum, inſignemque philoſophum præ effuſo repentinoque gaudio expiraſſe, dum victorem in Olympia filium conſpexiſſet, ſcribit; ſic cognito repente inſperato gaudio expiraſſe animam refert Aulus Gellius de Ariſt.ſententia *lib.3.cap.15.* Polycritam nobilem fœminam è Naxo inſula. *Philippides* quoque comædiarum poeta haud ignobilis,cum in certamine poetarum præter ſpem viciſſet,& lætiſſime gauderet,inter illud gaudium repēte mortuus eſt. *Diagoras* etiam, vt refert Gellius *loco citato*, qui tres filios adoleſcentes habuit,vnum pugilem, alterum pācratiaſtem,tertium luctatorem, eoſq; omnes vidit vincere coronarique eodem Olympiæ die,& cum ibi eum tres adoleſcentes amplexi coronis ſuis in caput patris poſitis ſuauiarentur,cumq; populus gratulabundus, flores vndique in eum iaceret, ibi in ſtutio inſpectante populo,in oculis atque manibus filiorum animam efflauit. Plinius quoque *lib.2.ca.53.* Chylonem, Sophoclem, & Dionyſium Siciliæ tyrannum præ gaudio obiiſſe teſtatur. Valerius denique Maximus *libr.9.cap.12.de mortibus non vulgaribus*, præ gaudio mortuas eſſe duas mulieres ſcribit: quarum vna nunciata clade,quę

ad

ad Thraſimenum lacum inciderat, ſoſpiti filio ad ipſam portam facta obuia, complexu eius expirauit: altera cum mæſta domi ſederet ob falſam filii mortem, ad primum conſpectum redeuntis exanimata eſt.

Cæterum, quonam pacto hæc accidant, explicat Galen. 5. *de locis citato, contingit ergo mors repentina præ nimio gaudio in ſenibus, & in quib. parum ineſt caloris naturalis, qui præſente gaudio extra mittitur, & per totum corpus expanditur: quia vero eſt exiguus facile diſſipatur & exoluitur: foras autem mittitur ad complectendum obiectum delectabile, ſicut conſpecto noxio in metu intro pellitur, & in mæſtitia.* Cum itaque & metus & lætitia, ſi immodica ſint, mortem adferre queant, vt ex dictis conſtat, cauendum id prudenti homini erit, ne vel rebus aduerſis ac triſtibus animo cadat, ſeque mærori conficiendum det; vel ſecundis nimium lætetur, atque efferatur, quod Lyricus lepido carmine monuit Poeta dicens, *libr. 2. Ode decima.* *Quonam pacto hoc fiat.*

Rebus anguſtis, animoſus atque
Fortis appare: ſapienter idem
Contrahes vento nimium ſecundo
Turgida vela.

Quod autem ex triſtitia non aliter ac ex timore, multi repente mortui ſint, refert Plin. *lib. 7. cap. 36.* ſcribit enim P. Rutilium nuntiata fratris repulſa in conſulatus petitione, illico *Quod etiã triſtitia multi moriantur.*

ex-

expiraſſe: idem etiam M. Lepidum vxoris charitate poſt repudium obiiſſe tradit: ſuffocatur enim in his calor naturalis vniuerſo ſanguine ad principium confluente, delatoque.

QVÆSTIO IV.

Quo pacto verecundia corpus alteret.

VErecundia (quæ tunc accidit, cum nos in errore deprehenſos cognoſcimus, vel cum noſtris diffiſi viribus magnum quid aggredi tentamus, vt cum apud magiſtratum de rebus grauib. verba habituri ſumus, Regemue adituri) nihil aliud eſt, docente Ariſtot. *11. probl.* 53. quam *timor quidam, ſeu trepidatio quadã, in qua animalis facultas in primis quidem ad interiora mouetur, ſed rurſus affatim ad exteriora redit, vnde rubor in facie conſpicuus apparet, ſicut dũ ſe in interiora condit, pallor*; vt latius videre eſt apud Gal. *2. de cauſ. ſympt. cap.* 5. mouetur autem animalis facultas ad interiora in verecundia ob molliciem, natiuumque timorem, vt cum quis pręſtantioris cõſpectum ferre nequit, & ob id fugam meditatur, nec ſe conſpici patitur, indeque ſequitur metus & pallor confluente ſanguine ad interiora; redit vero foras, ob fiduciam concomitante audacia; cum enim natura nullum aliud habeat inſtrumentum, mediante quo offenſis reſiſtat externis ſuaſque

Verecundia quid.

efficiat

efficiat operationes præter ſanguinem & ſpiritum, in quibus calor ſubiectatur naturalis, præſente timore, talis calor ad interiora regreditur: attamen in verecundia rurſus ad exteriora mandatur, tanquã dicti vel facti velamẽ obtendens, & ſeſe fiducia quadã proferẽs.

Verecundia porro Philoſophis nonnullis virtus eſſe viſa eſt. Ariſt. virtutem eſſe negat, ſed in adoleſcentibus præcipue affectionem probam bonæque ſpei indolem demonſtrantem eſſe affirmat, vnde illud Comici: *Erubuit, ſalua res eſt*: Et merito quidem, cũ ſit verecundia ingenuitas quædam, ac quaſi quidam ornatus vitæ, & (vt Cicero recte ait *in partitionibus*) cuſtos omnium virtutum, dedecus fugiens, laudemque maxime conſequens. *Verecundia an ſit virtus.*

Cum autem affectus hic varie animalẽ facultatem afficiat pro vario caloris natiui motu & agitatione, intro & extra, vt ex dictis cõſtat, fit, vt ab eo non minus, quam ab aliis hominem periclitari contingat. Diodorũ enim quendam Dialecticæ ſapientiæ profeſſorem, Plin. *lib. 7. naturalis hiſtoriæ ca. 5.* ſcribit, pudore defeciſſe, quod luſoriam quæſtionem à Stilbone ſibi propoſitam diſſoluere protinus non potuiſſet: id ipſum de Homero poeta ingeniorum fonte Valer. narrat *li 9. c. 12.* qui cum quæſtionem à piſcatoribus poſitam diſſoluere nequiuiſſet, dolore pudoreq; abſumpt⁹ deceſſit. *Verecundia aliquem deficere poſſe.*

QVÆ-

Digitized by Google

QVÆSTIO V.

Quid ſit amor, & quo pacto afficiat corpus.

Amor quid. METhodum inueſtigandi amoris ſubſtantiam præſtat Gal. 4. *de Hipp & Plat. placitis* ita dicens: *paſſio enim qualis eſt amor, aut iudicium quoddam eſt, aut iudicius ſuccedens, aut motus quidam concupiſcentis facultatis, &c.* Ex quibus verbis colligitur, amorem eſſe, *aut iudicium, quod fertur de re amata; aut appetitum, qui iudicium conſequitur:* Cuius autem conſtat, amorem ad appetitum magis referri, quam ad iudicium, *eſſeque appetitum quendam rei, quæ amatur.* Cæterum cum duplex ſit appetitus: alter rationalis, alter vero irrationalis, ſequitur duplicem eſſe amoris ſpeciem. Nonnunquam enim amor in appetitu rationali generatur, ſæpe vero in irrationali, qui in hepate: vterque autem à contemplatione incipit, ferturque in rem amatam, ſub ratione pulchri, tanquam in rem ſoli ipſi obiectam: *Omnis enim appetentia ex cognitione rei, quæ expetitur, ſub ratione aliqua, quæ potentiam appetentem allicit, proficiſcitur*, & ſicut permutata imaginatione à ſpecie contemptus immerito accepti excitatur cor per iram ad vindictæ proſecutionem, & apprehendentem imaginatione aliquid ſub ratione terribilis, mouetur timore: ita apprehendente ſub ratione pul-

pulchri mouetur appetendi facultas ad fruendum in illudque fertur.

Sed quid appetit amans in vtroque appetitu? Dico fieri totum id, quod amat, ſeu conuerti totum in rem amatam, & quale eſt pulchrum, talis eſt potentia, quæ ad amorem excitatur: verbi gratia, amatur homo propter ſapientiam, virtutem, aut aliam mentis pulchritudinem, talis amor appetitus rationalis eſt motus: amatur propter corporis proceritatem, aut faciei formoſum aſpectum: talis amor pertinet ad appetitum irrationalem, qui in hepate eſt: hic enim carneis his bonis frui poteſt: in vtroque ergo appetitu expetit amans id, quod amori proprium eſt, videlicet in rem, quæ amatur transformari: ſed quia, vt vult, conſequi non poteſt, appetit conſequi, vt poteſt, non tamen eodem modo: nam rationalis appetitus animam animæ magis, irrationalis, corpus corpori idem fieri expetit, quoniam vero neque anima in animam perfecte migrare poteſt, neque in corpus aliud corpus: rationalis appetitus præcipuas animi potentias maxime voluntatem amantis, & amati componit: quia vero amans ardet magis, ſe amati voluntati libentius ſubdit, vnde idem velle, & idem nolle, de eiſdem cogitare ipſorum animas quodammodo vnicam eſſe facit. Irrationalis commixtis ſeminibus, am-

Appetitus duplex.

bo corpora ſeipſis mutuo facit commiſceri, vel in ipſis ſeminibus, quia vt nonnullis placet, ſemina à toto corpore profluunt, ſaltem mediate, vel in prole, quoniam ex his prodit filius, quem veluti commixtis ſimul corporibus paterno & materno factum eſſe, ſimilitudo, quæ cum vtroque eſt, aperte declarat. Ob has cauſas, qui plurimo ſemine abundāt, turgentque, maxime libidinoſi ſunt, & vulgari hoc amore ſæpius capiuntur.

Quid cor in amore patiatur. Sed quid tunc temporis patiatur cor, reſtat explicare. Ad quod dico, quod in vulgari hoc amore appetitus à venere ortus, & rationi imperans, qui à multis *cupido* nuncupatur, cum, quę laſciua ſunt, cupit, cor miris & variis modis facit perturbari; iraſcitur enim aliquādo amans, nunc contra ſupplex fit, nunc gaudet, nunc triſtatur, & eadem non raro de cauſa eſt perpetuo inter ſpem & timorem conſtitutus; adeo eſt inſtabilis obcœcata mens, quæ à venere tanquam ab impetu maiori trahitur, ſtatim enim ex hoc amore naſcitur zelotypia, atque cum ea deſperatio, ſpes, furor, & timor.

Amor quid. Eſt igitur amor *appetentis potētia affectus, nunc rationalis, nunc irrationalis:* obiectum amoris eſt pulchrum: perturbatur mille modis cor, ex compaſſione animalis pœtentiæ, quæ in vulgari amore appetenti ſeruit.

QVÆ-

QVÆSTIO VI.

Vtrum detur pulſus amatorius.

PArs affirmatiua ſuadetur ea potiſſimum ratione, quia *omnes animi affectus permutãt modum pulſus, & ſunt ſingulis ſua differentia, quibus cognoſcuntur*, iuxta ſententiam Galen. 2. *de cauſ. pulſ.* ira ſcilicet altum & vehementem facit: gaudium, magnum & non vehementem, timor & mæſtitia paruum & debilem: *cum ergo amor ſit animæ affectus, proprias quoque habebit pulſus differentias, quibus amatorius pulſus conſtituatur.* *Affirmatiuæ rationes.* 1.

2. Confirmatur eadem ſententia autoritate Heraſ. referente Gal. *libello de prænotione cap. 6.* qui deprehendit adoleſcentis cuiuſdam amorem, illius arterias attrectando, quod vt multi Philoſophi dicebant, non aliter fecit, quam animaduertens arterias amatorio modo pulſare: Idem etiam Gal. ex pulſus permutatione cognouit cuiuſdam Iuſti nomine vxorem amare, quæ omnia fieri minime poſſent, niſi pulſus differentia aliqua amorem ſignificans daretur. 2.

Pars tamen negatiua, quæ verior & probabilior videtur, tenenda erit, & ſuadetur in primis: quia neque Gal. neque alius quiſpiã eorum qui diffuſe de pulſibus ſcripſerunt, de *Negatiua.*

tali pulſus ſpecie eſt locutus, quam tamen non prætermiſiſſet, qui de aliorum affectuum non adeo inſignium pulſibus diſputauerat. Adde Galen. ipſum *cap. ſext. libri de prænotione* his verbis concludere: *Nugæ igitur magnæ ſunt, pulſus amatorio modo moueri, eorum, qui neſciunt, nullum pulſum amorem indicare.*

Reſponſio ad argumẽta affirmãtium.

Iuxta hanc ſententiam, ad rationes in oppoſitum adductas facilis erit reſponſio, ſi ad ea, quæ ſuperiori quæſt. dicta ſunt, animum intentum habuerimus: ex quibus tria poterit ſtudioſus colligere: videlicet quid ſit amor, & cuius potentiæ ſit affectus: in quam rem feratur, & denique quomodo cor, per amorem afficiatur; vnde nullum eſſe pulſum amatorium, fiet manifeſtum. Nam *amor non eſt cordis affectus, ſed cerebri, ſi eſt rationalis, iecoris vero, ſi eſt turpis: tantum cor patitur per conſenſum milleque affectibus diuerſe trahitur, cæterum propriam non habet differentiam.*

Si vero Gal. Iuſti vxorem amare cognouit, id ex eo eſt, quia perturbata anima audito nomine Pyladis ad omnem inæqualitatem pulſus trahebantur, ſic etiam *eodem lib. de prænotione cap. 7.* ait idem Gal. ſe ex pulſu vaticinatum fuiſſe Cyrillum puerum cibũ occultaſſe matri, ſcilicet ex conturbatione pueri. Hac etiam ratione putandum eſt, Heraſiſtratum adoleſcentem amare comperiſſe.

Ex

Ex dictis manifeſte colligitur, quod *quamuis nullus ſit pulſus amatorius, nihilominus amor ex pulſu deprehendi poteſt*: nam perturbata anima amantis conſpectu, vel eius audito nomine, cor varie alterari neceſſe eſt, vnde pulſus inæqualitas.

INDEX RE-
rum.

A.

AEr an ſit humidior aqua 15
Aer an ſit calidus vel frigidus 17
Aer in corpore incluſus cur frigida inducat ſymptomata 20
Aerem eſſe temperatum & non calidum 22
Aer qualis nam eligendus 28
Aer calidus quid in nobis efficiat. 30. Quid frigidus, humidus & ſiccus 31
Aer an perpetuo ſiccet noſtra corpora 38
Aer quomodo præſtet cordi & arteriis refrigerii ſubſidium, ſi plurimum reſoluit 42
Aer frigidus quomodo puſtulas pernionum excitet 43
Aeri verno expoſitus vnde horreat nudatusque, ſi verum eſt, aerem vernum conſeruare ſalubris corporis temperamentum ibid.
Aer quare expellatur ex arteriis in venas ib.
Aer cur prius coquatur in pulmone ante cor 44
Aereum excrementum cur nullum ſit, ſiquidem terreum bis in cor-

corpore ſeparatur, in ventriculo ſcilicet & epate &c. ibid.
Aethiopes cur ſint ſomnolenti 198
Alimentum an alteret nec ne 47
Alimenta duplicia 49
Alimenta proprie qua ibid.
Alui fluxio cur excitetur per vigiliam 199
Ambulatio mediocris 220
Amor quid 384. & 386
Amoris appetitus duplex 385
In amore quid cor patiatur 386
Animalia cur ſola dormiant 190
Animi deliquium quotuplex 238
Aqua bonitas à quibus iudicanda 96
Aquarum differentia ibid.
Aqua optima qua 97
Aqua ex qua ciſterna potanda 98
Aqua pota poſt eſum dulcium cur delectet 100
Aquæ potus cur non inebriet 101
Aquæ potatores cur ſint viuaciores & pinguiores ib.
Aquæ vſus tertius & potiſſimus ib.
Aqua num per coctionem reddatur ſalubrior 102
Aqua cur in hyeme mica panis aſſata & calens iniiciatur. 104.
An & quæ aqua per coctionem fiat tenuior ibid.
Et quæ craſſior ibid.
Leuitas in aqua laudata quo pacto probetur 105
Aqua num ad ſanitatis conſeruationem debeat eſſe actu calida, an frigida 106

Aqua calidæ potus incommoda ibid.
Aqua vtrum nutriat 93
Aquam non nutrire 17
Aquam refrigerandi modi 106.107
Aqua cocta cur facilius refrigeretur.107. Cur vas non debeat eſſe plenum ad aquam refrigerandam ib.
Aqua niue refrigerata num ſanitati ſit conueniens 108
Aquæ refrigeratæ conditiones 115
Aqua niue refrigerata num conueniat febricitantibus 116
Aquæ potus num conferat paulo ante ſomnum 118
Aquæ potus cur excitet appetentiam ib.
Aquæ potandæ cur hyeme ſint calidiores, quam in æſtate 119
Aquam non potare interdiu vel vino permixtum cur malum 121
Aqua cur non deponat humiditatem ſicut frigiditatem ib.
Aqua feruens in lebete vrat & non fundus lebetis 121
Ars conſeruatrix an ſit vtilis & neceſſaria 3
Aſtra quomodo indicent ad curationem 223
Auium genus cur abundet anno ſicco 82
Aurora cur frigeat magis, præcedente nocte 182
Autumnus, cur purgationibus ſit ineptus 318
Autumni commoditates Medicum ad purgationem impellentes 319.

C.

Canities vnde in repentino nuncio triſti 379
Carnes num piſcibus ſint poſtponendæ 83
Cibus an omnis calefaciat 80
Ciborum varietas cur aliquando in vna menſa laudetur 81
Ciborum delectus in quo conſiſtat 55
Cibus bonus quis ib.
Cibos ſumendi ordo 57
Cibi craſſi an ſint præmittendi tenuibus ib.
Cibi quo tempore ſint ſumendi 61
Ciborum quantitas.62. Qualitas.63. Conſuetudo & hora 64

Ciborum delectatio 65
Conſuetudo.66.Præparatio 67
Cibi ne aßi vel elixi ſint humidiores 67
Cibandi diuerſitatis indicationes 77
Clyſteris vtilitas 339
Clyſteres vnde fuerint inuenti 340
Clyſterem perpetuo poſt phlebotomiam eſſe iniiciendum ib.
Clyſteres venæ ſectionibus eſſe præmittendos 344
Clyſteres num dentur etiam nutrientes 346
Clyſteres ad ventriculum poſſe aſcendere 348
Coctio quid 330
Coctiones quot 50
Coctio vnaquæque ventriculi quot horis perficiatur 213. Ad coctionem ne vel aßationem requiratur maior calor 70
Cœnam debere eſse copioſiorem prandio 72
Coitus immodici incommoda 362
Coitus certam horam non eſſe præſcribendam 364
Coitus horam conuenientißimam eſſe auroram 365
In coitu vtrum mas vel fœmina ſentiat maiorem voluptatē 372
Conſeruatrix ars an ſit vtilis & neceſſaria 3
Continentes cur viuant diutius 363
Corpus cur mane exercendum 212
Corpora ſuperiora ſæpe mutare aerem & corpora noſtra 325
Cotyla attica quid 272
Cura cur faciat vigilare 191

D.

DEambulationes poſt ſumptam cœnam quid proſint 213. Cur non item poſt ſumptum prandium 214
Decubitus ſuper latus dextrum cur ſit melior 192
Doloris duplex acceptio 243
Dormiendi voluntas vnde ſit 195
Dormientes non ſentire 142

INDEX.

E.

EBrietatis incommoda 135
Ebrietatem nocere animæ 136
Ebriis cur res appareant duplices 137
Ebriorum lingua cur oberret 138
Eduliorum concoctorum ſigna 119
Euacuati cur non illico debeant ſuperdormire 162
Exercitium quid 200
Exercitium cur mutet reſpirationem 201
Exercitium an ſit vtile ad ſanitatem tuendam 206
Exercitium quale ſanitati conducat 207
Exercitium quale cuique ſit conueniens 209
Exercitii vtilitates 210
Exercitii moderati notæ ib.
Exercitium quo tempore fieri debeat 212
Exercitium quodnam laudetur ad vitam hominis conſeruandam 219

G.

ex Gaudio repentino multos eſſe mortuos. 379. Et quonam pacto id fiat 381

H.

HOmines cur ſint æſtate ſomnolentiores 198
Homines ſani quo tempore ſint purgandi 315
Hominum ſanitatis tempore purgandæ differentiæ quot 307
Humoris turgentia quid 277

I.

IGnem carbonum eſſe validiorem lignorum 71
Imaginationem eſſe fortiorem in dormientibus, quam in vigilantibus 142
Inanitio quid 228
Ira quid 375
Ira cur indicet cor calidum inſeparabiliter ibid.
Ira num adeo increſcat & corpus alteret, vt hominem poſſit interimere 376

Lactu-

L.

Lactuca num procreet plurimum ſanguinem. 82. qualem procreet ſanguinem 83
Laßitudo quid. 185. quot eorum ſpecies, 186. eius cauſa. 187. vtrum detur laßitudo quarta 189

M.

Morbi fere omnes cur requirant attenuantia &c. ante purgationem 303
Morbos animi eſſe perniciofiores morbis corporis 374
Motio in cunis & circularis cur ſomnum concil:et 194
Motus an omnis ſit cauſa caloris & ſemper 201
Motus quomodo refrigeret aquam calidam 202
Motus quo pacto efficiat calorem 202

N.

Naturale quibus modis aliquid dicatur 154
Nutrimentum quid & quotuplex 46

P.

Perturbationes animi à Medico non eſſe contemnendas 374
Phlebotomia quid & quotuplex. 229. 230. Eius requiſita 231
Phlebotomia an conueniat in nouiluniis & pleniluniis 322
Pila luſus præſtantia 220
Pili cur erigantur in metuentibus 379
Piſces num carnibus ſint præponendi. 83. Cur Galenus frequentem vſum piſcium laudauerit 84
Piſces num ægris concedi poßint 85
Plenitudo quotuplex 222
Plenitudo quo ad vaſa quid. ib. eius nota 227
Plethora quotuplex. 227. eius nota 227
Pleuritis an requirat venæ ſectionem in latere dolente 247
Potus num prius ſit ſumendus cibo 87
Prandium debere eſſe copioſius cœna 71
Pulſus cur ſit in ſomno paruus. 168. Cur languidus 169
Purgatio cur ſemper ſit periculoſior phlebotomia 329

Purgatio an conueniat in nouiluniis & pleniluniis 322
Purgationes quibus anni temporibus ſint inſtituendæ. 316. Cur tempore verno & autumnali 317
Purgatio vtrum poſſit vel debeat fieri in principio morbi 274
Purgatio an humoribus etiam non turgentibus conueniat 284
Purgatio certi humoris per medicamenta an fiat ob ſimilitudinem in ſubſtantia 287
Purgatio humoris commoda vtrum requirat tenuium incraſſationem & craſſorum attenuationem 299

Q.

Quietis immodicæ incommoda 221
Quies quando conueniat ib.

R.

Rectitudo partium in quo conſiſtat 255
Redundantia quid 222
Refectionis modi qui & quales 89
Res naturales quæ 2
Res non naturales quot 2. 11. Cur & vnde dicantur res non naturales 2
Reuulſio quotuplex 249
Ruſtici cur non ægrotent 8

S.

Salacitatis noxa 366
Sanguinis miſſio vtrum in grauidis aliquando poſſit exerceri 270.
Somnus quid 140
Somnus quomodo refrigeret. 142. Quomodo fiat 146
Somnus ſitne actio vel paſſio 149
Somni actio cuinam facultati animæ ſit tribuenda 152
Somnus naturalis quis 154
Somnus præternaturalis quis 155
Somnus an interiora calefaciat, exteriora vero refrigeret 157
Somnus vtrum roboret innatum calorem 160

Somnus quando infirmet ib.
Somni breuis incommoda 161
Somni immodici incommoda 161
Somnus quando efficiat hominem calidiorem, 163. *Quando frigidiorem* ib.
Somnus vtrum omnes coctiones roboret 165
Somnus cur faciat pulſum paruum. 168. *Cur languidum* 169
Somnus cur magis vrgeat in æſtate 198
Somnus diurnus cur non faciat tantum ad coctionem, quantum nocturnus 74
Somnus cur augeat ſpiritus animales 171
Somnus cur in affectibus ſoporoſis noceat 171
Somnus vtrum omnes vacuationes coerceat 172
Somnus cur ſudorem moueat 173
Somnum corpora ſiccare 176
Somnum corpora humectare ib.
Somnus cur ſiti ſuperueniens bonus 177
Somnus quo tempore ſit præſtantior 178
Somnum nocturnum eſſe optimum ib.
Somnus diurnus cur malus 180
Somnum omnes laßitudines ſanare 185.189
Somnum matutinum inter partes diurnas minimum nocere 181
Somnum meridianum mediocriter lædere. 184. *Cur viſa per ſomnum appareant maiora, quam reuera ſunt* 191
Somniantes quidam cur magis loquantur quam alii 192
Somnus cur motione in cunis & circulari concilietur 194
Spiritus animales cur in ſomno augeantur 171
Spiritus noſtri corporis an aere nutriantur 34
Sudor cur maxime appareat in æſtate, minime vero in hyeme 357
Sudoris abſterſio num prouocet ſudorem 358
Sudoris abſterſio quæ requirat 359
Superpurgatio vnde fiat 295

Timor

T.

Timor quid 378
Timoris accidentia 379
Ex triſtitia quod etiam multi moriantur 381
Tumor quis nam turgeat. 278. Materia turgentes cur ſtatim debeant purgari 279
Turgentia conditiones 279
Turgentes materia cur ſtatim debeant purgari 279
Turgentia humoris quid 277

V.

Vena ſectio quid & quotuplex. 229. 230. eius requiſita 231
Vena ſectionem etiam conuenire pueris 232
Vena ſectionis ſcopi neceſſarii qui & quot 235
Vena ſectio vtrum fieri vſq; ad animi deliquium debeat 236
Vena ſectio qua hora diei ſit commodior. 244. Cur hora matutina. ib. An ſlante aquilone vel auſtro 246
Vena cum certis partibus habeant maiorem communitatem 260
Vena ſectio vtrum in grauidis aliquando poſſit exerceri 270
Venam pueris etiam eſſe ſecandam 232
Vena ſectio an conueniat in nouiluniis & pleniluniis 322
Venus quatenus ſit ſaluberrima 365
Venus qua hora ſit exercenda 363
Veneri quo tempore anni ſit indulgendum 368
Veneris error num ſit grauior per plenitudinem, quam per inanitionem ibid.
Venerea voluptatis cauſa 370
Venereorum nullum eſſe vſum. 359. Eſſe vſum 360
Ventriculi coctio vnaquæque quot horis perficiatur 213
Ventriculum nutriri chylo 53
Ver eſſe ad purgationem tempus oportuniſſimum & cur 318
Veris pars quanam ad purgationem eligenda 320
Verecundia quid 382
Verecundia an ſit virtus 383

Vere-

INDEX.

Verecundia aliquem deficere poſſe ib.
Victus qualis temperantia à medicamentis excuſet. 310
Vigilia quid 198
Vigilia qualis requiratur ad ſanitatem conſeruandam 196.197
Vigiliarum immodicarum incommoda & vnde fiant 197
Vigilia cur veniat etiam ex cura 198
Vigilia cur ſit noxia ſatiatis 199
Vigilia cur excitet alui fluxum 199
Vinum quid ſit 124
Vini differentia vnde ſumantur ib.
Vinum vtrum ſit calidum & humidum, an calidum & ſiccum 125.
Vini vſus & delectus 129.130 *.incommoda* ib.
Vinum ad generandum ſanguinẽ accommodatiſſimum.ib. Vini ætas 131
Vinum quare inebriet 133
Vinum cur præferatur aquæ ib.
Vinum cur pluribus obſit quam aqua ib.
Vinum cur interdiu potare noxium ſit 134
Vino num liceat ad ſanitatis conſeruationem interdum inebriari ib.
Vinum cur magis & citius inebriet 138
Voluptatis continuæ incommoda 362
Vomitus quid.& quæ eius cauſa 330
Vomitus an ſit vacuatio naturalis, an præter naturam 333
Vomitus quot cauſis fiat 336
Vomitus duplex ſignificatio ib.
Vomitus quando ſit naturalis & quando non 337

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. VITT. EMANUELE ROMA

Digitized by Google

Digitized by Google